Bayerische StaatsBibliothek
Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Dedel, Jacobus

Disp. hist. polit. iur. inaug. de ordinibus generalibus Belgii

Lugdunum Batavorum 1823

4 Diss. 3915,35
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10979173-8

Diss.
915/35

4° Diss. 3915 (

LIBRAIRIE
ANCIENNE ET MODERNE.
MARTINUS NIJHOFF.
La Haye.

DISPUTATIO HISTORICO-POLITICO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

ORDINIBUS GENERALIBUS BELGII,

DISPUTATIO HISTORICO-POLITICO JURIDICA INAUGURALIS,

DE

ORDINIBUS GENERALIBUS BELGII;

QUAM,

CUM THESIBUS ANNEXIS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

CORNELII EKAMA,

A. L. M. PHILOS. DOCT.

MATHESEOS ET ASTRONOMIAE PROFESSORIS ORDINARII,

ET

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

NEC NON

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN JURE ROMANO ET HODIERNO

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO - BATAVA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

PUBLICO AC SOLENNI EXAMINI SUBMITTIT

JACOBUS DEDEL,

AMSTELODAMENSIS.

Ad diem XXIV *Januarii* MDCCCXXIII. *Horâ* XI — XII.

IN AUDITORIO MAJORI.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD H. W. HAZENBERG, JUNIOREM,

MDCCCXXIII.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

PATRI

OPTIMO

SACRUM.

— *Legentium plerisque, haud dubito, quin primae origines, proximaque originibus, minus praebitura voluptatis sint.*

LIVIUS, *Praefatio*, pag. 2.

L. B. S.

Quaerenti mihi materiam, in qua tractanda solito juvenum more ostenderem, tempus, quod in hac celeberrima Academia degi, non sine meo fructu abiisse; illorum commilitonum vestigia sequenda esse duxi, qui nuperrime in uno aliove loco historiae nostrae explicando operam collocaverant. Quod cum agitarem consilium, incidi in Ordinum Generalium considerationem, quorum si rationem et vicissitudines a prima inde origine exponerem, hunc laborem et mihi utilissimum et lectoribus non ingra-

tum

tum fore sperabam: etsi enim satis cognita est eorum historia ex auctorum nostrorum operibus, hi tamen videbantur originis indagationem omisisse, suamque narrationem ab eis demum temporibus orsi esse, quibus Ordines Generales jam in coetum congregari solebant. Itaque statui ad ipsos fontes me conferre, ad quos cum mihi aditus pateret insigni liberalitate eruditissimi Senis VAN WIJN, anecdota Ordinum Generalium decreta authentica pervolvi. Ecce autem subortae mihi sunt difficultates: prima enim Ordinum Generalium decreta interciderunt; quae supersunt initium ducunt a temporibus multo posterioribus illis, quorum historiam nostri scriptores contexuerunt. Itaque ab aliis auctoribus auxilium petendum erat: in quibus primo loco erat Adv. O. O. Holl. VAN DER GOES, cujus quidem diario continentur, quae in Ordinum Hollandiae conventu acta erant. Hic liber, li-

cet ad illam lacunam explendam non valeret, multa tamen mihi suppeditavit minus cognita ad Ordinum Generalium conventus spectantia, quorum historici mentionem faciunt; luculenterque ostendit, in quibusdam illos historicos a vero aberravisse. Pauci quidem fuerunt scriptores, qui originem Ordinum Generalium altius repeterent, eosque jam anno 1506 in nostra patria notos fuisse perhiberent; verum illos praetereundos esse putavi, quippe qui certa aut verosimilia saltem persequi, prorsus incerta non curare decreveram (*). Quum vero in conscriben-

(*) VAN DER VYNCKT, *Histoire des troubles des Pays Bas*, narrat nunciata his in oris morte PHILIPPI PULCHRI, omnes provincias delegatos misisse, ut conventus omnium Ordinum haberetur. Nos tamen nullam hujus conventus mentionem fecimus; quum singulatim deliberasse quamvis communicatis inter se consiliis, videantur Provinciarum Ordines; nullus igitur generalis fuisse Ordinum conventus videtur. Nec aliquid constituerunt, sed delegatos miserunt ad Imp. MAXIMILIANUM, ut tutelae harum regionum prospiceret. Vid. liber cui titulus est: *die excellente Cronike van Vlaenderen*, fol. 298, Antwerp. 1531.

benda hac historia ad illud tempus pervenissem, ubi Goesii diarium deficit (anno 1560) decreta Ordinum Hollandiae adhibui; quae quidem ubi contuleram cum quibusdam a Borrio enarratis, hunc virum historiam religiose scripsisse comperi. Hujus igitur scripta inprimis secutus sum, ad annum usque 1576, a quo inde tempore Ordinum Generalium decreta ad posteritatis memoriam servata sunt.

Et haec quidem habui B. L. quae de hujus qualiscunque scriptionis consilio et ratione monerem; sed quid per hanc praefandi opportunitatem antiquius ducam, quam grati animi erga magistros meos significationem. Te inprimis Praeceptore, eruditissime Geeli! expertus sum, quantum valeant bona praecepta ad lectiones Academicas rite percipiendas; tua autem institutio longius etiam spectabat, cum saepius mihi in hoc Academico vitae curriculo versanti

non

non defueris: gratulor tibi, quod jam eo loco positus sis, ubi tuum litterarum amorem explere, tuaque doctrina pluribus prodesse possis. Et tu quidem BAKI, Vir Cl. cum in hanc Academiam pervenissem, tanta me benevolentia excepisti, ut quid magis praedicem nesciam; tuorum praeceptorum ad litteras Graecas Latinasque percipiendas insignem utilitatem, an peculiarem mea commoda tuendi voluntatem. Vobis quoque Viri Clarissimi Facultatis Juridicae celeberrimi Antecessores SMALLENBURGI et KEMPERE gratum testor animum, pro vestra tum Juris Romani et Hodierni, tum Juris Naturae et Gentium praeclara institutione: Tibique Clarissime TYDEMANNE, Promotor aestumatissime; quantum debeam nisi diserte testari possim, sentio tamen semperque grata recordatione agnoscam: nam sive cogitem, quam fructuosae mihi fuerint tuae scholae, sive sermonum illo-

rum quos privatim nobiscum benevole habere solebas memoriam repeto, profiteor me numquam in conspectum tuum venisse quin doctior a te abirem: in hujus quoque laudis partem tu venis Asseni Vir. Cl. cujus scholarum utilitate etsi mihi frui non contigit, eam tamen expertus sum humanitatem tuam et comitatem, quae utile dulci misceret.

Vivite felices Viri Celeberrimi et prosperis rebus fruamini: neque unquam ejusmodi discipulos offendatis, qui vestrorum beneficiorum obliviscantur.

DIS-

DISPUTATIO HISTORICO-POLITICO-JURIDICA INAUGURALIS

DE

ORDINIBUS GENERALIBUS BELGII.

INTRODUCTIO.

Imperio Romano sua ipsius mole everso atque oppresso, Francorum gens, pars illius populi, qui Germanorum nomine appellabantur, cujusque vivendi rationem Caesar, Tacitus, ex iisque breviter ROBERTSONUS (1) tradiderunt, magnam Europae partem sibi vindicarunt: quorum in moribus describendis tantus inter scriptores invenitur dissensus, ut quorumnam sententia sit amplectenda incerti haereamus. Inveniuntur enim, qui regibus his temporibus summam tribuant potestatem; quum

a

(1) Introductio ad vitam Caroli V. T. 2. p. 24.

alii horum populorum jura ita definiant, ut summis apud illos principibus nil nisi regum nomen, nullam vero regiam dignitatem vel auctoritatem relinquant.

Modus subigendi hostiles populos, quo illae gentes utebantur, quae cum paternas sedes reliquissent, in aliam migrabant regionem, diversus erat ab illo more, qui antiquitus apud Graecos vel nostro tempore apud recentiores gentes invaluit. Nulla enim agrorum parte Romanis relicta, omnia inter se et victoriae participes princeps dividebat: unicuique partem sors adsignabat; qui in regis possessionem cedebant agri, *Fiscus* vocabantur (cujus verbi significatio omnino diversa est ab illa, quae nostris temporibus huic verbo tribuitur,) quos vero caeteri sortiebantur agros, hi dicebantur *allodia* sive *terrae Salicae* (2). Unusquisque pro arbitrio et pro re sua agris suis utebatur; neque ulli censui sive tributo pendendo obnoxiae fuerunt antiquae illae gentes; nil nisi in militia regibus praesto esse debebant (3). Quantacumque autem fuerint potestas juraque illorum, qui agros, *allodia* dictos, possidebant, majore tamen jam ab initi-

(2) Vid. BOUQUET. *Droit publ. de la France. Praef.* T. II. p. 17, qui vocat *terras Salicas: omnia praedia hereditaria mascula, omni onere immunia.*

(3) Vid. ROBERTSONI Introductio ad vitam CAROLI V, T. 2. p. 43. et seqq.

tio reges valebant auctoritate, adeo ut hi revera dicerentur summi imperantes (4).

Belgium nostrum invadere jam coeperat CAROLUS MARTELLUS; sed totam deinde Frisiacam provinciam devicit ejus nepos CAROLUS *M.*, quae res tam nota est, ut testimoniis non indigeat.

Antiquus ille agros dividendi mos tunc in desuetudinem abiisse videtur; quamvis portionem aliquam agrorum sibi vindicarent, et fisco adjungerent Franciae reges, cujus portionis postea saepius partem largiebantur illis, qui ipsorum gratiam captassent.

Praeter immensa praedia, quae reges in his regionibus possidebant (5), variis utebantur juribus, quibus opes fisci augebant. Exempli loco afferri possunt omnia illa vectigalia, quae Trajecti alibique solvebantur (6), *Ripaticum*, *Rotaticum*, *Pontaticum* dicta (7).

Maximum praesertim ad eos redibat lucrum ex Criminibus, quae omnia fere pecunia redimi poterant: quorum quidem redemtionis pretiorum, quae *Freda* vocabantur, certa pars ad regem deferri solebat.

Fran-

(4) Vid. BOUQUET *Droit publ. de la France*. p. 339.
(5) Vid. HEDAM, *Catalog. bon. Eccl. Ultraj.* p. 66.
(6) Vid. VAN LOON, *Aloude regeringswijs van Holland* Tom. II. p. 133.
(7) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae* Tom. II. p. 25. *Oevertollen*, *Kartollen*, *Brugtollen*.

Francici reges, his regionibus bello devictis, proinde omnibus, quae victores in victos habent, juribus usi sunt, quamvis satis constet, Francorum reges in hujus terrae incolas numquam ista jura severe exercuisse, et partem non spernendam libertatis avitae, facultatem secundum leges paternas vivendi, proprietatemque agrorum, praeter eos qui ad fiscum pertinebant, primis reliquisse possessoribus.

Regni finibus extensis et crescente rerum agendarum mole, ad omnia obeunda jam non sufficiebant soli reges: itaque in varias provincias dividebatur imperium: provinciae rursus in minores partes subdividebantur, quae *Comitatus* dicebantur: his Comites, illis Duces praeerant, quae divisio etiam nostra in patria locum habuit, teste *Doctiss.* VAN LOON. *Aloude regeringswijs van Holl.* Tom. I. p. 139.

Quum infinitum sit, omnia, quibus Reges, Duces, Comites gaudebant jura explicare, tum haec jam satis explicita inveniuntur ab auctoribus fide dignissimis: addendum putamus, ab eo tempore, quo Lotharingia ab OTHONE subacta fuit, has etiam regiones in ejus cessisse ditionem, atque exinde partem effecisse imperii Germanici. *Van toen af zijn alle de Nederlanden aangemerkt als tot het Duitsche rijk behoorende, en* OTTHO *en zijne opvolgers hebben zich niet alleen als eigenaars der Koninkrijk-*

ninklijke regten dezer landen gedragen; maar zoo wel als de Frankische Vorsten, landdagen te Nieuwmegen, te Utrecht, en elders hier te lande gehouden (8). Unde apparet eadem, qua Francos reges, fuisse potentia imperatores, quibus etiam eodem modo obnoxii fuerunt Duces, Comites, caeterique regii praefecti.

Sua potestate non semper tamen soli usi sunt Comites; sed saepe consilio admisso, vel concilii cujusdam, (*Conseil privé*) quod jam primis temporibus sibi adjunxerunt (9), vel etiam eorum, quorum id maxime intererat, sive essent Nobiles, sive urbes (10).

Et ita quidem apparere nobis videtur pro lubitu atque arbitrio suo agere solitos fuisse, qui in primis saeculis regionibus nostris praefuerunt: uno casu excepto, ubi de tributis ageretur: tunc enim Ordines erant convocandi (11).

Quamvis non satis liqueat, utrum a Comitibus habita sint illorum Ordinum Comitia ante saeculum XIV, tamen quaedam Ordinum vestigia reperiuntur in historia antiquissimorum temporum (12).

Co-

(8) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae.* Tom. II. p. 123.

(9) Vid. BOR. *Nederl. beroerten Lib.* IV. fol. 126.

(10) Vid. VAN MIERIS Tom. I. pag. 344, 362. Tom. II. pag. 668.

(11) Vid. KLUIT. *Histor. der Holl. Staatsreg.* I. D. p. 21.

(12) Vid. VAN LOON *Aloude reg. van Dordr.* p. 139. WAGEN. *Histor. patriae.* Tom. II. p. 261.

Comitia vero semper habuisse statuit Doctiss. VAN LOON, hanc ob causam, quod a primis inde temporibus reges Franciae, Germaniaeque Imperatores, consilio utebantur nobilium quorundam, aut delegatorum urbium congregatorum, (sive nunc illos conventus Comitiorum, sive alio nomine nuncupemus.) Quorum exemplum imprimis semper secuti sunt illi, qui per varia tempora nostram patriam gubernarunt; altera ratio, qua viri doctissimi nititur sententia, haec est: quod cum ab omni aevo hic adfuerint Nobiles, qui Comitibus nec potentia nec dignitate cederent, probabile videtur, ad illorum gratiam captandam, quum jura majestatica exercere coepissent Comites, illos consuluisse variisque modis honore afficere studuisse. Haec prima ac vera Comitiorum origo fuisse videtur, cum saeculo tantum ineunte decimo quinto primum occurrat nomen *Staten* (13). Ex solis autem Nobilibus seu Militibus hisce in regionibus, uti in Francia, olim haec Comitia constitisse certum est (14): quia a nullo auctore memoratur, ante saeculum XIV urbes ad haec Comitia convocata fuisse.

Quomodo illis antiquis temporibus Nobilium com-

(13) Vid. D. VAN HOGENDORP Vir. Conss. et Amiciss. in Disp. Polit. Inaugur. *De Gulielmi I. juribus in comitatu Holl.* p. 19, 20. Lugd. Bat. 1822.

(14) Vid. VAN LOON. *Aloude reg. van Dordr.* p. 41.

componerentur et constituerentur Ordines, satis dilucide ostensum est ab auctore antiquitatum nostrarum peritissimo, VAN LOON, in opere jam laudato. Itaque, omissa prima origine Ordinum, progredimur ad ea tempora, quibus in actis publicis, ac Comitiorum convocatione, commemorantur urbes.

Nullam harum invenimus mentionem ante saeculum XIV; quamvis urbes jam ante illud tempus exstitisse constet, quum legamus apud ampliss. V. D. WALL, jam anno 1252 Dordracenis privilegium quoddam concessum fuisse. Sedatis turbis, quibus Hollandia agitata fuit post mortem FLORENTII V, (15) traditur cives Medioburgi ac Zierikzeae cum urbibus *Dordraco*, *Lugduno*, *Delphis Geertruydenberga* pactum iniisse de persequendis FLORENTII interfectoribus (16).

Vix autem ad rempublicam accessit Comes GUILIELMUS III, quum Hagae Comitum concessum judicialem habuit sub nomine Comitiorum anno 1305, quibus praeter Nobiles adfuerunt Scabini urbium *Dordraci*, *Delphorum*, *Lugduni*, *Harlemi*, *Alkmaeriae*, *Schiedami*, *Schoonhoviae*, *Geertruidenber-*

(15) Vid. VAN LOON *aloude Regeringswys van Holl.* Tom. V. p. 142. 143. „*Maar ook de Steden in zoo groote achting gekoomen by den Graaf, dat het denzelven behaagd heeft, ook eenige gemagtigden derzelyen in de Vergadering te beschryven.*"

(16) Vid. WAGEN. *Hist. Patriae.* Tom. III. 130.

bergae, *Goudae*, aliarum (17). Geertruidenbergae Comitia quoque habuit ALBERTUS BAVARUS anno 1364, quae tunc primum *daghvaert* dicta sunt.

Kondt zy allen Lieden dat wy Baanroets, Ridderen ende Knapen ende Steden die by ontbieden ons liefs Heren Hertoghen Aelbrechts — ghekomen zyn op dat daghvaert tot Sinte Geerdenberg (18); anno autem 1402 pactus est idem ALBERTUS *by wil en goet duncken onzer rade en Steden* (19).

GULIELMUS VI. d. 15 Aug. 1416, praeter plurimos Nobiles ad se vocavit magistratus urbium *Harlemi*, *Delphorum*, *Lugduni*, *Amstelodami*, *Goudae*, *Rotterodami*, *Schiedami* aliarum, ut illis filiam suam commendaret: quam illae urbes ejus successorem se agnituras esse, fidem dederunt (20).

De aliis autem urbium convocationibus loquitur WAGENARIUS (21). Sic PHILIPPUS Bonus illas convenire jussit Hagam Comitum. Anno 1433 urbes Hollandiae Zeelandiaeque Lugdunum convocavit; sed mirandum videtur, omnibus his convocationibus Nobiles non adfuisse, quum de conventu tam Nobilium, quam urbium, solum loquatur WAGENARIUS, anno 1438.

Hoc

(17) Vid. VAN MIERIS *Gr. Chart. Boek.* Tom. II. p. 49.
(18) Vid. VAN MIERIS Tom. III. p. 160.
(19) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae* Tom. III. p. 348.
(20) Vid. VAN MIERIS Tom. IV. p. 383. *Groot Plak. Boek.* III. *D.* fol. 8. Dordraci etiam meminit. WAGEN. T. III. p. 409.
(21) Tom. III. p. 530.

Hoc demum tempore videtur quidam in ordinibus constitutus fuisse ordo, quem postea etiam observaverunt. Lite quadam a Delphensibus apud PHILIPPUM mota, decretum edidit Comes anno 1496, quo sanxit: *dat van nu voortaen als onse Deurwaarders ofte andere Officieren eenige mandamenten ofte provisien aangaande de ses groote steeden van onse voorzegde landen van Hollant in 't gemeen sullen willen leggen te wercke, ofte ter executie, zij zullen gehouden wezen, dat eerst te doen op die eerste van der voornoemde ses groote steden: te weeten op die van onser voorzegde stede van Dordrecht en Haarlem; ende daarna op onse voorsz. stede van Delft, Leyden, Amstelredam ende Goude* (22).

Hoc primum edictum esse videtur, in quo occurrat titulus magnarum urbium; quamvis civitates *Dordracum*, *Harlemum*, *Lugdunum* ac *Delphi* jam dictae sint *Hoofdsteden*, anno 1418; quas quatuor urbes auctor celeberrimus etiam vocat *principaliores privilegiatas*, (23) et ab anno 1522 ad Comitia, ubi *de tributis* ageretur, semper conscriptae et (minoribus anno 1542 remotis,) solae cum Nobilibus Ordines representasse dicuntur. (24) Non solae eae *majores* sic dictae urbes in quovis eventu convoca-

(22) Vid. *Groot Plak. Boek*, Tom. III. fol. 19.

(23) Vid. JOHANNES DE LEYDIS, *Chron. Belg.* I. c. 1.

(24) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae* Tom. V. p. 216. *Resol. ..v. Holl.* 9 *Mey* 1555.

cabantur, verum multae etiam aliae quae et tunc nomine ordinum insignitae sunt. Sic in decreto 15 Julii 1547 p. 31 dicitur: *De Staten van Holland als eerst de Edelen; die van Dordrecht, Amsterdam, Rotterdam, Hoorn, Enkhuizen, Edam en Monnikkendam*, quin imo aliquando corpora quaedam vel collegia; quod manifestum est ex actis publicis, e quibus etiam hanc discriminis rationem fuisse discimus, quod quum de rebus ad has illasve urbes vel collegia proprie spectantibus deliberaretur, ad Comitia vocabantur illa membra, quorum vel maxime intererat, sive sola, sive cum Nobilibus urbibusque majoribus (25).

Aliud tamen est exemplum, quo veritas illorum quae supra exposuimus, elucet: nimirum exemplum convocationis urbium halecum piscationem exercentium, inter quas etiam memorantur pagi *Wormer*, *Jisp*, *Veenhuizen*, *Scheveninge* (26), quae tales ob causas convocatae urbes, collegia ac pagi, non tamen pro membris conventus ordinum habenda sunt, quoniam diserte ab ipsis ordinibus distinguuntur in decreto d. 8 Sept. 1547 p. 40, ubi sequentia legimus: *De Staten van Hollandt mitsgaders eenige andere steden, hun generende met de ha-*

(25) Vid. *Resol. v. Holl.* 1544. fol. 41.

(26) Vid. *Resol. van Holl.* 4 *Aug.* 1550. conf. etiam *Resol. van Holl.* 23 *July*, 24 *Dec.* 1544. 14 *Febr.*, 19 *July* 1550.

haringvangst. Quum vero de rebus quae ad salutem totius civitatis pertinebant, vel de concedendis subsidiis ageretur (27), plerumque Nobiles et sex *majores* dictae urbes convocabantur, uti ex antiquis monumentis atque Ordinum decretis apparet. Sic ex. gr. inaugurationi PHILIPPI solos Nobiles ac sex illas civitates adfuisse legimus (28). Iidem etiam soli interfuerunt, quum anno 1555 CAROLUS V harum provinciarum imperium in PHILIPPUM filium suum transferret (29). Initio enim jam probavimus, solos Comites jura majestatica exercuisse sine ullo ordinum interventu; (30) unde sequitur Ordines convenire non potuisse, nisi jubente vel convocante Comite, aut, hujus nomine, Comitis Gubernatore, (*Stadhouder*) aut Curia, cui reipublicae regimen commissum erat (*de Raedt van Holland*, *gesteld ter zake van 's lands regeering*, ac vulgo *'t Hof* dicta.) (31) Neque credimus tale ultro conveniendi jus ordines unquam privilegio, vel alio modo, a Comitibus impetrasse.

Huc

(27) Vid. VAN LOON, *aloude reg. V. D.* p. 164.

(28) Vid. *Resol. van Holl.* 24 *Sept.* 1549.

(29) Vid. *Resol. van Holl.* 7 Octob. 1555.

(30) Quum omnia quae ad firmandam istam sententiam pertinent, hic afferre non potuerimus, conferri meretur Diss. ad locum SLINGELANDII, *de potestate legislatoria Comiti olim Hollandiae, qua summo imperanti, unice propria* quam ediit H. G. VAN PLEUREN, Lugd. Bat. 1794.

(31) De illa conferrri meretur BOR, *Ned. Beroerten* Lib. IV. fol. 126.

Huc pertinent querelae Curiae Hollandiae anno 1565, quum ordines Hollandiae ultro, vel jubente eorum Advocato VAN DEN EYNDE, convenire coepissent. Curia loquitur ad Gubernatorem de his ordinum conventibus arbitrariis, verbis tam memorabilibus, ut ipsas epistolas excitare non a re alienum putemus. (32) Verba haec sunt: „ *dat van allen* „ *ouden haercoemen ende loffelicker gewoente, men in* „ *deze Provincie van Hollandt gewoenlicke is te be-* „ *scriyen ende convoceeren, die Eedelen ende Gede-* „ *puteerden van der ses groote steeden; representee-* „ *rende die Staten van Hollandt, van Con: Ma-* „ *jesteyts weghe; zoo wanneer het belieft heeft zyne* „ *Majesteyt ofte zyne Majesteyts Gouverneur-Gene-* „ *rael ofte particulier, van herwerts over, eenige pro-* „ *positien den voorsz. Staten voorgehouden te wor-* „ *den; in welcke gevallen die brieven van wegen* „ *zyne Majesteyt an Stadhouder, President, ende* „ *Raeden coemende, ofte an Stadhouder ofte Presi-* „ *dent somtyds apart, werd terstond van 's Hoofs* „ *wegen* BESCRIVINGHE *ghedaan, met insertie van* „ *der*

(32) De illo ordinum conventu sine auctoritate vid. inprimis KLUIT, *Hist. der Holl. Staatsr.*, D. I. p. 39. in nota 49, ubi inter alia dicit: „ *'t is my voorgekomen, en 't dient tot ophelde-* „ *ring van een punt onzer historie opgemerkt te worden, dat* VAN „ DEN EYNDE, *die als 's Lands of der Staten Advocaat aan* „ ADR. VAN DER GOES *was opgevolgd, en naderhand ook* „ *gevangen raakte, zeer ijverde om het gezag der Staten op te* „ *beuren, of meer kracht by te zetten etc.*

„ *der materie, die men den Staten wil voorhouden;*
„ *ofte indien die Staten eenige materie hebben, ver-*
„ *eysschende vergaederinghe ende communicatie; 't*
„ *zy van den tienden penningk, impost, toerustin-*
„ *ghe van schepen tot defensie van den harinckteelt,*
„ *ofte anders; is de Advocaet van 't Gemeene Landt*
„ *gewoonelick te coemen an den Stadhouder; ofte in*
„ *zyn absencie an den President ofte Oudste Raed*
„ *presideerende; ende hem een biljet te presenteeren;*
„ *inhoudende d'Articlen daar up hy begiert die Sta-*
„ *ten beschreven te hebben; 't welck alsdan zulcxs*
„ *van 's Hoffs wegen uyten naem van zyne Majes-*
„ *teyt gedaen wordt; ende dit ten eynde zyne Majes-*
„ *teyt ofte zyne Majesteyts Stadshouder ende Raedt*
„ *altyt mach weten, waerop die Convocatie ende*
„ *Vergaederinghe van den Staten, zyne onderzaten*
„ *geschien; gelyk ook in andere provincien gedaen*
„ *ende gepleecht wordt*" etc. (33).

Quam memorabilis declaratio! e qua patet, *quo modo*, *quo tempore*, *quas ob causas* convocarentur ordines.

Animadvertendum vero est, adaucta reipublicae gerendae cura, duplicia sub Comitibus posterioribus fuisse saeculo XVI Comitia, quae in *Majora*, ac *Minora*, dividebantur. *Majora* illa dicebantur, quae

(33) Vid BOEY, *Bedenking over de oudheyt etc. van den Hove van Holland*, p. 172 et seqq.

quae ipse Comes ejusve Gubernator de hac vel illa re ad rempublicam spectante, deliberaturus, cogere juberet: *Minora* ea, quae Nobiles atque urbes conjunctim, vel separatim, sive ad perficienda ea quae in Majoribus jussisset Princeps, sive ad res privatas ac domesticas promovendas, permissu Comitum, instituebant (34). In comitiis, ex. gr. Geertrudenbergae a Regina Hungariae d. 12 Sept. 1526 habitis, ad continuationem subsidiorum petendam, nihil decreverunt Ordines; sed *hebben genomen rapport en beteyckent daghvaert in den Hage* 19 Sept. *om te communiceeren* (35). Verum id multo clarius docet decretum d. 28 Nov. 1564 ubi majoribus Comitiis, *dienende tot bewilliginghe van enige petitien by Zyne Majesteyt gedaen, ofte diergelycke treffelycke zaken*, opponuntur ea, quae habebantur, *aangaende particuliere loopende saecken, die dagelyks occurreeren ende spruiten uit alzulke daghvaerten, en Resolutien van dien; als reeckeningen te hooren, swaarigheden daer in vallende te vuideeren, Processen te vorderen, tegens oppositie van iemandt te voorzien, ende andere dierghelycken:* ad *Minora* non convocabantur nisi Nobiles proxime habitantes,

(34) Vid. Cl. KLUIT, *in primis lineis Collegii Diplomat. Historico Politici*, §. 634.

(35) Vid. AART V. D. GOES, *Register*, p. 56, (29).

tes, *die naest geseten zyn*, et sex majores urbes (36). *Majora* convocabantur, ubi placebat Comiti; *minora* vero in certis urbibus convenisse putamus: quia apparet *Comitia minora* provinciae Hollandiae, ex. gr. Hagae Comitum, in coenobio S. Dominici habita fuisse. Satis jam nunc probatam esse nostram hanc sententiam, ordines nisi convocatos convenire non potuisse, credimus: et hoc relicto argumento, ad alia progredi possemus, nisi nobis refutanda superesset objectio eorum, qui Ordinum jura atque potentiam defendunt.

Argumentum scilicet deducunt ex privilegio a JOHANNE BAVARO d. 20 Junii 1418 Dordracenis concesso: *Item dat onzer stede van Hollandt ende van Zeelandt na dezer vrede, als zy ons gehult hebben, zullen mogen raden, ende vergaederen met malcanderen, tot onser eeren ende onse landen oorbaer, sonder daer aan teghens ons of onser Heerlycheyt te breecken of te misdoen, alsoo verre als dat teghens ons, onsen landen ende heerlyckheden niet en draecht* (37). Quam sententiam facile refelli credimus, si respondemus, illud privilegium datum fuisse a JOHANNE BAVARO usurpatore, non vero a JOHANNE BAVARO Comi-

(36) Vid. *Resol. v. Holl.* 22 *Mey* 1563, 26 *Sept.* 1565.

(37) Vid. V. MIERIS, IV. D. p. 488. add. v. D. WALL, *Handv.* p. 446.

mite, qui (Comes) solus, uti supra demonstravimus, jura majestatica exercebat, in quibus privilegiorum concedendorum facultas primo loco censetur (38). Quicunque non omnino hospes est in historia nostrae patriae, neque ignorat turbas quae illam sub JACOBA Comitissa agitaverunt, facile mecum putabit, JOHANNEM BAVARUM nil nisi nomen usurpatoris meruisse, ad cujus promissa exsolvenda, nulla lege tenebatur legitimus Imperans (39). Ne ipse quidem JOHANNES, quamvis armis superior, operam dedit, ut JACOBA, foedere post facto, sua privilegia confirmaret; qui profecto solus fuisset modus quo jus fieret. Sic enim se habet Art. 22. *Item zoo sullen myn Heere ende Vrouwe van Brabant, confirmeeren der Gemeine Bailjouschap van Zuidt Holland, alle hare Rechten, Hantvesten, Privilegien, Herkomen, ende Keuren, die zy van Hertoghe* WILLEM *zal: ged: ende van zyne Ouderen verkregen hebben* (40). Data fuit ultima privilegii pars in spem futuri ac sub conditione, nempe si urbes illum Comitem agnoscerent: *als sy ons gehult hebben.* Cui conditioni satisfactum fuisse, nullum in historia nostrae pa-

(38) Vid. THUCYDIDES, Lib. V. C. 18. qui τὸ αὐτοδικὸν, *judiciorum summam potestatem*, nec non τὸ αὐτονομον, καὶ τὸ αὐτοτελὲς, *legum et magistratuum creandorum jus*, inter summi imperii signa posuit.

(39) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae* Tom. III. p. 409—435.

(40) Vid. *Groot Plak. Boek*, III. D. fol. 12.

patriae occurrit testimonium: *'T was er zoo ver af*, inquit WAGENARIUS (41), de ipso loquens privilegio, *dat de steden zich voor* JAN VAN BEYEREN *zouden verklaard hebben*, *dat de drie voornaamste*, *Haerlem*, *Delft en Leyden*, *welken hy boven anderen hadt zoeken te behagen*, *dagelycks nieuwe blyken gaven van hare yver voor Vrouwe* JACOBA. Sed faciamus tamen, illud privilegium aliquam vim habuisse; quantum emolumenti inde ad Ordines fuisset redundaturum, nos non intelligere profitemur. Nihil enim inde sequeretur nisi urbibus libere conveniendi et de rebus domesticis agendi facultatem fuisse: cavendum enim est ne ita concludamus, ut Ordinibus concessum fuisse putemus hoc privilegium, quo libere illis convenire liceret. Nulla in eo mentio Nobilium facta est, cum tamen eo tempore nulli Ordines memorentur, nisi qui ex Nobilibus et Urbibus essent compositi (42).

Supra jam vidimus p. 12. nota I. observatum esse a Clariss. KLUIT, cum anno 1560, mortuo ADRIANO VAN DER GOES Ordinum Advocato, ad JACOBUM

VAN

(41) Tom. III. pag. 427.

(42) Vid. quae supra diximus hac de re p. 7. Caeterum ad objectionem, quod rata habuit JOHANNIS privilegia, CAROLUS V, respondemus eum haec sola confirmasse. quae agnita et pro validis habita sunt a PHILIPPO I. Cf. *Gr. Pl. Boek*, III. D. fol. 20. Plura adhuc contra illud privilegium affert Cl. KLUIT, in primis lineis §. 109.

VAN DEN EYNDE hoc munus deferretur, ab eo tempore videri Ordines sibi majorem potestatem arrogavisse; quum in nulla nostrae historiae parte memoretur, illos ante hoc tempus propria auctoritate convenisse.

Hanc viri clarissimi sententiam, quam nos penitus amplectimur, paucis verbis explicare liceat.

Quum princeps ARAUSIACUS, GULIELMUS I, loco mortui Domini DE BEVEREN, antequam PHILIPPUS ad Hispaniam profectus erat, Hollandiae, Zeelandiae, Westfrisiae, provinciae Ultrajectinae, Gubernator creatus (43), propter varia munera, quae Bruxellis obibat, saepe abesset, illam occasionem arripuerunt Ordines, ut haec darent mandata, quorum executionis exempla non nisi biennio post anno 1563 reperiuntur. Primae enim convocationis, ab Advocato factae, litteras invenimus in actis publicis illius anni (44). Quum Princeps ARAUSIACUS interea Bruxellis degens a Curia certior factus esset de his Ordinum conventibus, statim Advocatum ad se arcessivit (qui tunc propter causas, quas infra videbimus, Bruxellis erat), rogavitque quo jure illa faceret (actus convocandi) quae a se ipso, vel a Curia fieri deberent; quum in eo si-

(43) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae*, Tom. VI. p. 41.

(44) Vid. *Resol. van Holl.* 1563. p. 10. Conf. p. 95. et *Resol. van Holl.* 1564. p. 47.

sibi alienam potestatem arrogare videretur; inter alia addens: *dat hy behoorlicke toesicht op der Staten dachvaerten en vergaederinghe zou hebben*, *ende verzochte dies aangaende breeder geinstrueerd te worden van der Staten privilegie ofte andere gerechtigheid dies te moogen doen* (45); cui respondit Advocatus: Ordines saepius coactos fuisse ab Advocato, addens, *zoo verre hy Advocaet hadde memorie*; unde tuto efficimus, illas convocationes ante annum 1560 nullum habuisse locum; quam nostram opinionem firmant illa, quae invenimus in actis publicis illorum temporum (46). *Dan die van Dordrecht verklaerden*, *dat voor den tyd van deezen Advocaet ooit daghvaert is beschreven geweest*, *anders dan by den Stadthouder ofte by den raden*. Quae declaratio, a Dordracenis facta, majoris ponderis esse videtur, quum illa urbs antiquissima Hollandiae fuerit.

Quum vero Ordines, hac Principis animadversione non deterrerentur, iterum GULIELMUS *heeft den Advocaet geraden ende belast*, *dezelve Beschryvinghe niet meer te doen*, *ten ware de Staten Zyne Excellentie hadden vertoond van haerlieder recht dat zy deze aangaende pretendeeren te hebben*; *zoo hetzelve anders Zyne Excellentie ook zoude kwalyk af-*

(45) Vid. *Resol. van Holl.* 28 *Nov.* 1564.

(46) Vid. *Resol. van Holl.* 13 *Dec.* 1564 in fine.

afgenoomen worden (47). Denique cum tertium Princeps Gubernator de singularibus Ordinum conventionibus audivisset (48), jam declaravit illas nullo modo esse tolerandas; *ende waeren jegens de last en instructie van syn Excellentie als Stadthouder van den voorsz. landen gegeven* (49) in quibus mandatum erat, ut caveret ne Ordines se invito congregarentur (50).

Quamvis jura majestatica primis temporibus exercuerint, tamen nulla tributa *pro imperio* a subditis exigere potuisse Comites, verbo jam supra (51) monuimus.

Antequam ad ipsam hujus speciminis materiam progrediamur, non alienum putamus, cum hucusque inferiorem Ordinum conditionem demonstraverimus, quaedam praemonere de illis actibus, in quibus Ordinum auctoritas requirebatur. Itaque pauca quaedam addere statuimus, de auctoritate Ordinum, in subsidiis concedendis.

Quamdiu Comites, in patria nostra, Regum Fran-

(47) Vid. *Resol. van Holl.* 14 *Sept.* 1565.

(48) Vid. *Epistola Curiae*, 14 *Julii* 1565 apud BOEY, *Oudh. van 't Hof*, Tom. I. p. 172.

(49) Vid. *Resol. van Holl.* 12 *Oct.* 1565.

(50) *Dat hy het oogh zoude hebben op der Staten Vergaderingh en dezelve niet laten geschieden zonder zyn advys.* Vid. *Resol. van Holl.* 13 *Oct.* 1565.

(51) p. 5.

Francorum duntaxat ministri fuerunt, nullo jure *Precariarum* nomine quidquam ab incolis exigere poterant, cum solis regibus illud vulgo licitum esset. Tentaverant id nonnumquam Comites; cum vero nullo jure ipsorum preces niterentur, generali edicto talibus exactionibus prudentissime obviam ivit CAROLUS M. *Audivimus* (inquit) *etiam quod juniores Comitum vel aliqui ministri reipublicae sive nonnulli fortiores vassi Comitum aliquas adhibitiones vel collectiones, quidam per pastum, quidam etiam sine pasto, quasi deprecando a populo exigere solent; quae omnia nobis ab omni populo juste removenda esse videntur, quia in quibusdam locis in tantum inde populus oppressus est, ut multi ferre non valentes, per fugam a dominis vel patronis lapsi fuerint, et terrae ipsae in solitudinem redactae sint: potentioribus autem vel ditioribus, ex spontanea tantum voluntate, vel mutua dilectione volentibus solatia praestare, minime prohibemus* (52). Falluntur igitur, qui putant adeo necessarias fuisse illas precarias, ut absque iis dignitatem tueri non possent; manifestus eorum error detegitur, si Comitis solitos reditus paulo attentius perpendamus.

1°. Habebant Comites bona sua allodialia (de quibus supra habuimus), quae tamquam privati, sive ex regum liberalitate, sive alio quocunque nomine ad-

(51) Vid. *Capitul.* ad. 801. Cap. *66.*

adquisiverant; quae bona qualia fuerint, ex donationibus; his illisve concessis, optime dignoscimus, et vel unicum sufficit exemplum donationis Abbatiae Egmundanae factae (53).

2°. Bona et jura domanialia, quibus accensenda veniunt flumina, portus, ripae, littora, insulae, praedia inculta, thelonia, similiaque.

3°. Forestas, venationes, omniaque jura inde manantia.

4°. Monetas.

5°. Omnia bona derelicta, hereditates vacantes, bona publicata, mulctas pecuniarias.

6°. Laudemia, aliaque ex feudis obvenientia, item collationes beneficiorum, aliaque multa, quae brevitatis causa praeterimus; quibus omnibus, si e propriis bonis profluebant, integris; si e domaniis vero regum, ipsorum administrationi commissis, ex parte fruebantur.

Antiquis vero temporibus duplex exstitisse Petitionum sive Precariarum genus (vulgo *Beden*), unum *necessarium* alterum *voluntarium* dictum, certum est: quam distinctionem pluribus probavit argumentis, et exemplis illustravit Cons. HEENEMAN,

(53) Vid. VAN MIERIS, *Gr. Chart. Boek*, Tom. I. p. 70, unde patet hanc Abbatiam, ex Principum liberalitate, tunc jam possedisse 217 mansos. Quid autem mansus fuerit, explicat Cl. KLUIT, in not. ad *Chron. Holl.* p. 21. not. 59.

MAN, *in dissertatione de precariis Comitum* vulgo *de Graaflyke Beden*, Lugd. Bat. 1781.

Prioris autem generis tributa, ad quae civium consensus non requirebatur, omittimus, tum quia de illis egit auctor laudatae dissertationis, tum quod ad rem nostram nihil faciunt, cum dicendum nobis restet de illis precariis, quas petere non poterat Princeps sine consensu subditorum; ut exinde videamus, in quanam re Ordines quandam auctoritatem habuisse dici possint.

Vectigalia, inquit GROTIUS, *satis fuisse ad dignitatem sustinendam: nam avaritia et luxus et quae alia mala haud ita pridem invaluere, procul habebantur* (54); unde sequitur, nulla vel tantum paucissima antiquiore tempore voluntariarum Precum extitisse exempla, quas petere tunc demum coacti sunt Comites, quum, crescente rerum gerendarum ambitu, bellandi mutata ratione, auctisque impensis bellicis, ad haec omnia suis opibus non amplius sufficerent: *als ordinair geene middelen hebbende, dan het inkoomen van de domeynen, tot vervullinge van de kosten haerder hofhouding ende betaling van ordinaire Officiers* (55).

Prima autem petitarum precariarum mentio fit an-

(54) Annal. Lib. 1. fol. 3.

(55) Conf. *Vertoog van de Edelen* 16. Oct. 1587. quae invenitur in *Groot Plak. Boek.* I. D. fol. 39.

anno 1323 a GULIELMO III, qui tam ad bella externa gerenda, quam ad suam dignitatem in pugnis ludicris sustentandam, multa indigebat pecunia (56).

Petebantur haec subsidia in Comitiis, quae jam nomine *Majorum* insignivimus, ab ipsis Comitibus; qui mos tamen deinde abrogatus est, ita ut jam saeculo XVI haec Comitia, eodem quo cetera modo, a Gubernatore vel Senatu Regio convocarentur (57), atque ipsi regionum Praesides subsidia rogarent (58). Unde verissime de se ipsis testantur Ordines: *dat het Collegie van de Staten van allen oude tyden een Collegie ghehouden is geweest, geapprobeerd by zyne Majesteyts voorsaten, daarby de saecken van den lande worden gehandeld en gedirigeerd, in respecte van de belasting ofte verlichting van de ingezetenen van dien, en het geent daaraan dependeert* (59).

Post autem datum ab Ordinibus consensum, nihil amplius illorum curae relinquebatur: et rempublicam bene gessisse optimeque populi commodis se consuluisse putabant, si modum, quo sub-

(56) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae.* Tom. III. p. 205. Eo tempore etiam alius vigebat mos, quo Comites pecuniam mutuam sumebant ab urbibus vel ab incolis ditioribus.

(57) Vid. *Resol. van Holl.* 28 *Nov.* 1564.

(58) Vid. WAGEN. *Histor. Patrie.* Tom. IV. p. 371. Tom. V. p. 148. 225. 371. 403.

(59) Vid. *Resol. van Holl.* 13 *Dec.* 1564.

subsidia percipienda essent, indicassent, atque illum; comprobassent Comites, a quibus solis etiam pendebant *quotatio*, *distributio*, et *collectio* Precariarum, uti et *executio* in refractarios. (60) Quae si ab Ordinibus exerceretur, a Comite antea petendae erant litterae exsecutoriae. (61) Recte igitur, me judice, se ipsi vocant Ordines: *in 't heffen van de imposten en andere omslagen te zyn naeckte Exsecuteurs van zyne koninklyke Majesteyts Bede.* (62)

Sine dubio igitur hinc efficere licet, Comites summa jura exercuisse majestatica, (63) Ordines subditos ac subjectos fuisse; nullam vero imperii partem effecisse, nullaque majori auctoritate valuisse quam reliquos cives.

Huic sententiae robur accedit ex Ordinum Trajectinorum testimonio.

Dat die voorschreven Staten gheen jurisdictie gehadt nochte geadministreert, noch ook eenige Officiers Wethouders ofte Justiciers die hooghe Justitie, in den Stede ofte over die platte Landen, administreeren, gestelt hebben: — Dat alle placcaten ghe-

(60) Vid AART VAN DER GOES, *Register*, I. D. p. 47. *Resol. van Holl.* 28 *April*, 27 *Junii*, 10 *Julii* 1550 6 *April.* 1555. *Groot Plak. Boek.* III. D. fol. 19.

(61) Vid. *Resol. van Holl.* 16. 17. *Oct.* 1554.

(62) Vid. *Resol. van Holl.* 18 *Mey* 1571.

(63) Vid. S. VAN LEEUWEN *Batav. Illustr.* Fol. 1447.

ghemaeckt, ghedirigeert ende d'executie van dien bevolen wordt, niet den Staten, maar alleen de Officieren Justicieren ende Wethouders. Dat de voorsz. Staten niet en mogen vergaderen, sonder speciale verschryvinghe van Syne Majesteyt ofte Syne Majesteyts Stadthouder en Rade Provinciael; alsoo dat, zonder sulcke beschryvinghe, die acte van de Staten ghehouden worden voor nul ende van onweerden: ende geschieden die voorsz. verschryvinghe niet op saecken van jurisdictie ofte d' Officiers ende hooghe justiciers aangaande etc. (64).

Nulla Ordinum diversitas in nostra patria occurrit ante saeculum decimum sextum; eo vero tempore quoddam in Ordinum conventibus reperitur discrimen. Huc enim usque Comes, si quando consensu Ordinum opus habebat, in unaquaque provincia Ordines convocaverat, (quum privilegium (65) quoddam exstaret *de non evocando*, quo concessum erat, ut, extra provinciam, inviti convocari non possent); ineunte vero saeculo XVI, Comitem omnium Ordines provinciarum simul convocasse apparet (66), quorum conventus non, uti huc usque, vocabatur, *Staten daghvaert;* verum *daghvaert Generael van al de Staten.*

Il-

(64) Vid. BOR. Lib. V. fol. 210.

(65) Vid. A. KLUIT, *Redevoering over het afzweeren van* PHILIPS *Koning van Spanje.* p. 150. nota 67.

(66) Vid. *Resol. van Holl.* 27 *February* 1530. fol. 154.

Illi conventus, in quibus agebatur de rebus rempublicam universe spectantibus, diversi erant ab illis, de quibus huc usque egimus; quum autem ab eo tempore forma imperii provinciarum Belgii paulatim immutata sit, operae pretium me facturum putavi, si horum Conventuum primam originem indagarem. Sic enim me aliquid conferre posse speravi, quo nonnulla nostrae historiae loca bene explicarentur.

Itaque gradum doctoralem capessere cupiens, periculum facere decrevi disquisitionis, de ORDINIBUS GENERALIBUS BELGII.

Haec autem materia ita partienda videtur, ut

Caput Primum ostendat primam originem Ordinum Generalium, eorumque potentiam et auctoritatem, usque ad foedus Ultrajectinum; id est, ab anno 1536 — 1579.

Caput Secundum agat de Unione Ultrajectina, et de actibus Ordinum Generalium et Collegii Trajecti ad Rhenum conditi, ab Unione inita usque ad illa tempora, quibus omnes provinciae praeter Unionis participes, Regi Hispanico fidem juraverunt; id est, ab anno 1579 — 1585.

Caput Tertium sit de Ordinibus Generalibus, tempore Comitis LEYCESTRII; id est, ab anno 1585 — 1588.

Caput Quartum agat de Ordinibus Generalibus,

 post

post Comitis LEYCESTRII in Angliam reditum.

Equidem quantum hoc opus sit sentio; cui si succubuero, cogitent lectores, juvenem illud suscepisse: sin aliquatenus absolvisse putabor, non me fugit tamen, quanti intersit hujus libelli, lectores nancisci benevolos, et aequos judices.

CAPUT PRIMUM.

DE ORIGINE ORDINUM GENERALIUM, ET DE EORUM AUCTORITATE, USQUE AD FOEDUS ULTRAJECTINUM.

Ab eo inde tempore, quo praecipuae et plurimae provinciae Belgii matrimonio, vel alio modo, sub regimine unius Principis conjunctae erant, omnes illas quasi in unum corpus convertere studuerant Domini hisce regionibus praepositi, quamvis variis legibus, privilegiis, concionibusque fruentes. Hoc proposito sine dubio Principes, quando Ordinibus aliquid proponere vellent, quod ad utilitatem communem omnium pertinebat, eodem tempore et eodem loco simul convocabant Ordines omnium provinciarum, quibus propositum declarabant; hanc ob causam de *generale propositie* vocatum (1), addentes tamen speciale propositum (*par-*

(1) Vid. *Resol. van Holl.* 26 *Sept.* 1540. S. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften*, II. D. p. 151.

(*particuliere propositie*) Ordinibus uniuscujusque provinciae (2), quia illi singuli in suis provinciis deliberare solebant de illis, quae a Principe proposita fuerant.

Itaque cognito proposito, domum redibant, quae profectio *reces* vocabatur, et sequenti concione omnium provinciarum, ad Principem referebant, quid de rebus propositis domi deliberavissent. (3)

Carolus V Comes Hollandiae, Rex Hispaniae Germaniaeque Imperator, quum mense Januarii anno 1530 huc advenisset, Bruxellis statim illi congratulati sunt Ordines Hollandiae, quibus praeerat Advocatus van der goes, qui Belgice Imperatorem allocutus est, inter alia commemorans innu-

(2) Vid. aart van der goes, *Register* I. D. p. 309.

(3) Vid. aart van der goes, I. D. p. 275 junctum p. 276. Mirandum fortasse quibusdam videtur, nos omnia adhuc probavisse ex decretis Ordinum Hollandiae, quum e rerum natura viderentur huc decreta Ordinum Generalium adhibenda esse. Sed, quamvis hoc et nobis facilius fuisset, quia nunc huc illuc vestigia incerta quaerere debuimus, monendum est, nulla alia scripta authentica nobis adfuisse: quum, uti in initio omnibus concionibus evenit, etiam in concione Ordinum Generalium talis tumultus fuerit, ut vel nulla decreta primo tempore conscripta, vel quae conscripta essent, statim amissa fuerint. Quidquid sit, id constat, nostro tempore nulla Ordinum Generalium reperiri decreta ante annum 1576 conscripta; et si exstiterunt, jam diu amissa sunt: quum Ampliss. S. van Slingelandt loquatur de decretis Ordinum Generalium conscriptis inde ab anno 1576. Vid. S. van Slingelandt *Staatk. geschriften* D. II. p. 155.

numera ab Hollandis concessa tributa, Imperatore absente, innumeraque damna, quae in bellis provincia Hollandiae passa erat: et a CAROLO petivit ut quam celerrime ipse in Hollandiam conveniret: ad quae Imperator benigne respondit, promittens se in posterum de nunc petitis mentionem esse facturum.

Hac receptione contenti, nostra opinione, merito sperabant Ordines Hollandiae, in primis temporibus nulla tributa solvenda esse. Frustra: mense Januarii Ordines Hollandiae, apud CAROLUM venerant, et die 27 Februarii anni 1530 invenimus omnes Ordines omnium provinciarum Belgii Bruxellas ab Imperatore convocatos. (4)

Hic primus est conventus omnium Ordinum, cujus mentio injicitur in nostra historia. Videamus nunc, quaenam ibi acta fuerint.

Archepiscopus *Panormitanus*, (DE PALERME) nomine Imperatoris convocatis Ordinibus declarat: Imperatorem ab eo tempore, quo has regiones reliquisset, aes alienum contraxisse, et Ordinum auxilium vel nova subsidia hanc ob causam petit; quae declaratio, verbis conscripta, unicuique provinciae, uti supra monuimus, data est. Imperator petit igitur a Brabantia 1200,000 coronas, ab Hollandia 100,000 florenos etc. cujus pecuniae partem ad con-

(4) Vid. AART VAN DER GOES *Register.* I. D. p. 154.

contractum aes alienum, alteram partem ad militum stipendia solvenda adhiberet; tertiam denique partem ad sustentanda onera majestatica insumturus. Praeterea deliberaverunt Ordines de quibusdam rebus minus memorabilibus, (quae enarrat VAN DER GOES), et quamvis nuspiam diserte significetur, probabile tamen nobis videtur, Concionem dimissam esse, quum ex actis Ordinum Hollandiae appareat, sequenti die 18 Martis Ordines Hollandiae Hagam Comitum jam convenisse, quum deliberarent de *f* 100,000, quos petiverat CAROLUS (5).

Talis igitur fuit eventus primorum Comitiorum Ordinum Generalium provinciarum Belgii. Haec prima Comitia fundamentum quasi fuerunt hujus Conventus, qui saepius postea a plerisque Summus Imperans (*Souverein*) harum regionum vocabatur.

Itaque Ordines Generales Belgii convocabantur, sicut Ordines unius provinciae convenire solebant, et nullas alias ob causas, quam ob concedenda subsidia, quae antea vel a Principe vel, illius nomine, a Gubernatore (*Stadhouder*) ab Ordinibus in unaquaque provincia petebantur.

Videamus nunc, quaenam de illis ab Imperatore petitis subsidiis in conventibus Ordinum in pro-

(5) Vid. AART VAN DER GOES, *Register* I. D. p. 156.

provinciis acta sint: tunc enim apparebit, quam exigua fuerit potestas Ordinum, sive in singulis provinciis, sive conjunctim convenirent, illo tempore; quam parum apud Imperatorem auctoritate valerent, quum ille nullum inter Ordines ceterosque subditos discrimen admitteret.

Ordines Hollandiae ex. gr., ut supra narravimus, Hagam Comitum convenerant, diebus 18 et 19 Martii, anni 1530, ut deliberarent de petitis subsidiis. Primo multas moverunt difficultates: Nobiles quadraginta millia pondo solummodo concedere volunt, per quatuor primos annos: Urbs Dordracum ad octoginta millia pondo concessit, per quatuor item annos, certis tamen conditionibus: caeterae urbes diu haesitaverunt, dicentes: „ *dat eerst geremediëert moest wesen in de saken* „ *van tollevrij overal te vaeren, ende van de congie gelden afgedaen te syn, daar deur de Neeringen van de Draperien en Comenschepen (koopmanschappen) in deze Landen cesseren; daar* „ *'t afkoomen moet, daer sy den Keyser mede dienen souden, want sonder dat souden wel looven, maar en souden niet konnen betaelen voir* „ *de toecommende tydt.*" (6).

Plurimae urbes moras struunt, et per hanc opportunitatem quaedam cum Imperatore communicant de emendanda interna reipublicae conditione; tan-

(6) Vid. AART VAN DER GOES, *Register* I. D. p. 157.

tandem vero consentiunt, et petita subsidia negare neque volunt neque audent. Nobiles et urbs Dordracum etiam negare non audent, sed supplices diminutionem obtinere conati sunt onerum quae imponebantur (7), petentes, ut si consentirent, quaedam nova illis concederet privilegia CAROLUS, uti facultatem per tres annos Consilio Urbano (*Vroedschappen*) fruendi.

Haec omnia locum habuerunt ad diem 18 et 19. Nunc videndum est, quodnam responsum nomine Im-

(7) Hac in re dissentimur ab Auctore jam laudatae dissertationis *de Precariis Comitum*, qui p. 77. *nullam*, inquit, *Civium obligationem tributa seu preces praestandi adfuisse, probatur ex precariis pro parte solutis, ex precariis plane negatis;* et p. 79. sic pergit: *nec mirum ergo si quando precarias plane negari sine injuria videmus:* et ad firmandam hanc suam sententiam p. 80. addit: *sic etiam Carolo* V *extraordinaria subsidia f* 80,000, *a°.* 1527 *petenti, plane negaverunt Ordines.*

Nobis apparuit, Ordines multas difficultates hac de re movisse et multas allegasse rationes, quare nova imposita subsidia graviter cives premerent, uti apparet ex Comitiis die 5 *Decembris* 1527, apud VAN DER GOES l. D. p. 54. Sed si quando necessitas appareret, nullas novas difficultates movisse, sed potius concessisse videntur. Invenimus apud VAN DER GOES, sequenti die 19 Dec. sic declaravisse Nobiles: *hebben geconcludeert dat gemerkt de lasten vau den Keyser, ende dat overmits d'oirloge — 't landt van Hollandt in grooten periclen staat, dat sylieden consenteeren inde voorsz. petitie van tachtich duysent guldens, zoo verre sy gevolg hebben van den grooten Steden, die daarinne behooren te consenteeren.* Vid. VAN DER GOES l. D. p. 55. Et seq. pagina legimus: *op ten 21 dach hebben die groote ses Steeden behalven Delft ook geconsenteert in de voorsz. tachtich duyzend guldens.*

Imperatoris Ordinibus, sequenti die 28 mensis Martis, datum sit.

„ Audivisse Imperatorem illa quae Ordines ad „ emendandum statum Civitatis proposuissent: se „ ipsum mox in Hollandiam venturum, in eo„ rum propositum inquisiturum, cujus si uti„ litatem perspiceret, se statim hanc rem esse „ curaturum."

Sed quomodo de re principali (diminutione subsidiorum) respondit? *doch hy begeerde* (ondertusschen) *dat die van Hollandt proocedeeren wilden tot syne petitie.*

Ordinum Advocatus VAN DER GOES, qui eorum nomine factas animadversiones Principi declarare debebat, addit se CAROLO dixisse, quamvis Ordines in petita subsidia consentirent, populum tamen propter ingentem penuriam numquam illa solvere posse: *dat uit dien hoofde en geen ander einde, dat Consent geretardeert was; want dat die van Hollandt geheel Zyne Majesteyt toebehooren met lyf ende goed;* quibus respondisse Imperatorem narrat: se remittere posse si Ordines solvere non poterant: *ick wil betrout syn sonder geconstringeerd te worden ofte Comenschepe met myne ondersaten te dryven* (8) Hollandiae Ordines tandem consenserunt, quamvis nunc alio modo darentur sub-

(8) Vid. VAN DER GOES, *Register*, I. D. p. 158.

subsidia, *dewelcke te samen bedragen byna soeveel synder Majesteyt geeyscht heeft.* (9).

Videtur igitur perquam exigua illis temporibus fuisse Ordinum potentia atque auctoritas, et ex dictis et responsis Imperatoris facile deducere possumus, quanti ipse Ordines haberet.

Die 3 mensis Julii, anno 1531, iterum Ordines Generales (*een generale dachvaert van allen den landen van herwerts over*) Bruxellas convocati sunt. Videamus quaenam ibi pertractata fuerint (10).

Episcopus *Panormitanus* Ordinibus nomine Principis nunciat, illum Reginam MARIAM Hungariae, loco MARGARETHAE his regionibus praefecisse (11). Haec acciderunt die 6 Julii 1531, et iterum nobis apparet, quam parum apud Imperatorem valerent Ordines, ex illius jussu ne Ordines Bruxellas nisi consensu impetrato relinquerent (12). Ordines Hollandiae ex. gr. quum illius consensum obtinuissent, die octavo mensis profecti sunt, ut deliberarent domi; hac tamen conditione, ut die vigesima quarta men-

(9) Vid. VAN DER GOES D. I. p. 162.
(10) Vid. VAN DER GOES, D. I. p. 164.
(11) Vid. VAN DER GOES, D. I. p. 165.
(12) Vid. *Resol. van Holl.* 6 *July* 1531. *De Keyserlicke Majesteyt heeft den Staten gelast niet te vertrekken, voir dat sy hem souden hebben gesproken, als hy se ontbieden sal.*

mensis Bruxellas redirent: quo die reduces, ibi inviti usque ad mensem Octobrem manere debuerunt (13), quo tempore CAROLUS Imperator Ordines omnes convocavit, quibus praesentibus praelegere jussit mandatum, quo MARIAM Reginam, Gubernatricem cum plena potestate eligeret; nec non mandatum de coercendis Lutheranis et de Leprosis (14), de quibus Ordines consuluit (15). Regina electa Gubernatrix tum Ordines allocuta est, et administrationem civitatis suscepit; quum Imperator iterum Ordines Generales ad concordiam et unionem adhortatus, pollicitus est, se quosdam viros nomine et dignitate et auctoritate excellentes, Consiliarios Reginae creaturum, et postquam Ordinibus valedixisset, in Germaniam profectus est. Quibus peractis Ordines ad provincias suas redierunt (16).

Unusquisque ex praemonitis nobiscum, putet Comitis potestatem novo et inaudito modo Ordines convocandi, eo tempore adhuc nullo modo minutam fuisse.

Imperator Ordines convocat, reginam MARIAM Gubernatricem eligit, quaedam statuit ad publicam uti-

(13) *Daer de Staten lange tydt gelegen hebben tot heuren onwille tot den 7den Octobris toe.* VAN DER GOES, D. I. p. 170.

(14) Quod invenitur in *Groot Plakaat Boek*, D. I. fol. 469.

(15) Vid. VAN DER GOES, D. I p. 171.

(16) Vid. VAN DER GOES, D. I. p 172, 175.

utilitatem pertinentia, et audit Ordinum consilium, sed nullibi apparet aliquas mutationes subiisse illa decreta secundum animadversiones Ordinum, aut Ordines Generales aliquam rem vel propria auctoritate vel cum Imperatore peregisse. Quin imo CAROLUS, cum in Germaniam abiret, pollicitus est, quosdam se Reginae viros consiliarios adjuncturum in administratione civitatis, Ordines ne electionem quidem horum virorum curaverunt: itaque mutationes quae in Curia Hollandiae (*het hof van Hollandt*) eo tempore locum habuerunt, et major potentia, quae illi Curiae concessa est, omnes actus sunt, qui soli Principi tribuendi sunt (17).

Ab eo inde tempore diu non convocati fuerunt Ordines Generales, quia constat Ordines Hollandiae, post diem 5 et 6 Nov. anno 1533, etiam non convenisse, antequam Ordines generales, die 8 Julii 1534, Mechliniam convenirent (18).

Gubernatrix cum huc venisset Bruxellis, timebat ne bellum contra Gallos gerendum esset, et hanc ob causam probabiliter subsidia ab Ordinibus petere vo-

(17) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae*, Tom. V. p. 30 et seqq.

(18) Vid. VAN DER GOES, D. I. p. 217. WAGENARIUS narrat plura adhuc habita fuisse Comitia, initio anni 1534, in quo tamen graviter erravisse nobis videtur, quum in diario Advocati VAN DER GOES ipsis verbis dicatur, *hier en syn geen dachvaerten in lange geweest, d'eerste volcht tot Mechelen van allen den Landen beschreven den 8 July anno* 1534.

voluisset ad bellum sustentandum. Sed quum metus hac de re evanuisset, Ordinibus, quia jam convenerant, plurima proposuit edicta: inter alia, de Anabaptistis et Lutheranis, de moneta, de generali quadam Unione contrahenda inter omnes Belgii provincias, et de subsidiis et auxiliis ab unaquaque provincia in periculo praestandis: de usu lanae Hispanicae in his regionibus loco lanae Anglicae, de quibus omnibus deliberare, et die 16 Sept. responsum ferre Ordines jussit MARIA Regina.

De hac tamen Unione nihil statuerunt Ordines Generales. Hollandiae Ordines domi decreverunt: *opte Unie moet mitten anderen Landen mede versproken worden dat het beter ware alliantie gemaect mit Brabant, Hollant, Vrieslant, Overyssel en Nedersticht* (19). De ceteris rebus a Gubernatrice propositis Ordines Hollandiae declarant deliberandum esse cum caeterarum provinciarum Ordinibus, in generali conventu (*generale dachvaert*); sed mirum videatur, quamvis Gubernatrix novum generalem conventum ad diem 16 Septembris imperasset, tamen, durante hoc anno non convenisse Ordines (20), ita ut de propositis deliberare non potuerint, antequam Ordines Generales sequenti anno 1535 Mechliniam convenissent (21).

Or-

(19) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 221.
(20) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 223.
(21) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 232. Hic pri-

Ordines Flandriae ibi declarant, se domi deliberavisse de propositis MARIAE; consensum vero denegare debere omnibus illis, quae ad Unionem inter provincias pertinebant. Quid nunc Regina Gubernatrix? Num probavit quod Ordines libere enunciabant, quid de propositis cogitarent? nullo modo. Ordines Flandriae domum redire jubet, ut ibi iterum deliberarent et melius responsum ferrent: *waeromme de Coninginne henlieden belast heeft andermael beter rapport te doene.*

Hollandiae Ordines se Unionem probare dicebant; hac tamen conditione, ut caeterae provinciae uti Trans-Isalana aliaeque quum periculum adesset, promitterent Hollandiam defendere et adjuvare.

Se-

primum in diario Advocati differentiam invenimus. Huc usque semper adscripserat auctor nomina praesentium, e quibus apparebat Ordinum Hollandiae totum Collegium huc usque in Ordinum Generalium conventu adfuisse. Scripserat enim, *en waren presenten.* Nunc contra legimus *ende waren gedeputeerdens.* Quod si forma hujus diarii eandem haberet auctoritatem, quam ejus materia, concludere exinde possemus, aliquid mutatum fuisse in modo quo Ordines Hollandiae in generalia Comitia convenirent. Sed quum nemo ignoret, Advocatum hoc diarium scripsisse solum memoriae causa; non vero eo proposito, ut ita in lucem prodiret (nam saepius invenimus, quod, quando ignoraret nomen cujusdam, qui adfuerat, solummodo scripserat; illi et illi adfuerunt *en nog een Quidam de naam my onbekent*) probabile nobis videtur hanc differentiam vocabulorum *gedeputeerdens* et *presenten* hic nihil efficere, quum hujus mutationis nulla nobis in sequentibus Comitiis occurrant exempla.

Sequenti primo die mensis Augusti redierunt Ordines Flandriae et declaraverunt, se idem responsum afferre quod jam dederant. Tum sequenti die omnes in Curiam convenire jussit Ordines MARIA, ubi omnes audivit, nullo discrimine inter provincias facto, ut narrat VAN DER GOES. (*en Hollant de laatste geweest zyn.*)

Post prandium Ordines iterum in Curiam convenerunt, et regina quum cum Dominis VAN BUYREN, VAN BERGEN, VAN BEVEREN et *Concilio* (*Secreten Raedt*) advenisset, Episcopus *Panormitanus* Ordines allocutus est, et dixit Reginam postquam Ordines audivisset, intelligere omnes provincias in propositis consentire, et praesertim in Unione; quaedam tunc proposuit de moneta, et die 3 Augusti Ordines abierunt (22).

Ecce conventus Ordinum, ubi non, uti hucusque de subsidiis et de vectigalibus, sed de rebus majoris ponderis egerunt Ordines. Nullam in his majorem auctoritatem Ordinum, sed absolutam obedientiam decretis Reginae, uti in praecedentibus invenimus Comitiis.

Inutile nobis videtur enarrare omnia quae habita fuerunt Comitia, quum nihil in illis aliud ageretur quam, uti hucusque vidimus, de petitis et concessis subsidiis.

Omit-

(22) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 232—234.

Omittimus igitur conventus dierum 12 Junii, 2 Octobris et 26 Octobris 1536, et transimus ad ea consideranda, quae in Comitiis diei 24 Martis 1537 acciderunt.

Rex Galliae cum statuisset mature exercitum suum in expeditionem educere contra Belgium, mense Martis jam magnis cum copiis invadere coeperat Comitatum Atrebatum. (*Artois*) Coacta fuit igitur Gubernatrix exercitum colligere. Quamvis stipendiis privata, statim exercitum triginta millium hominum colligere, et Ordines Generales Bruxellas ad diem 24 Martis convocari jussit, ut ab illis duodecies centena millia florenorum peteret ad sumptus belli sustentandos. Cum Cardinali LEODII ibi Ordines adiit, periculum civitatis et potentiam Galliae exponit: quapropter consensum Ordinum in novis subsidiis petiit. Ordines Brabantiae, quorum regioni periculum magis imminebat quam reliquis provinciis, omnia sua obtulerunt ad conservationem et defensionem patriae, *die allen*, ajebant, *maar een ligchaam uitmaakten*, *waarvan de Keyser het hooft was* (23), hac tamen conditione, ut caeterae quoque provinciae, adventante periculo, omnia conferrent, quae ad defendendam patriam facere possent. Ordines Atrebatum, Hannoniae, Namurci

(23) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 275.

ci et plurimae aliae provinciae hac in re cum Brabantiis fecerunt, quum Ordines Flandriae, Hollandiae et Zeelandiae, contra, consilium capere nolebant, domi hac de re deliberare cupiebant, secundum consuetudinem et mores; sed contra mores hoc negavit Ordinibus Gubernatrix, hanc ob causam, quod citius propter adstans periculum erat deliberandum, et die 27 Regina, quum videret Ordines cunctari et nihil concludere, ipsa, quamvis insolens esset haec agendi ratio, modum proposuit, quo subsidia obtineret: *ende alsoe die Staten gheen resolutie genoemen en hadden en dat haer Majesteyt niet geculpeert en wilde syn voir den Keyser; hadde gesloeten an te neemen dertich duysent Mannen van oirloge; daertoe men behoeven sal twaelf hondert duysent Carels guldens, ten minsten mitten extraordinarissen kosten; ende alsoe men dat geld nyet en soude mogen fineeren ofte opbrengen by de oude geuseerde manieren van contributie, soe was gesloten te betalen van elck Scoersteen of Gat, dat roock mag dragen, een Carolus gulden* (24).

Quamvis haec nova methodus solum pro exceptione sit habenda, uti ipsa dixit Regina *voir desen reysen alleen sonder te spreeken in consequentie*; tamen magnum inter hunc conventum et praecedentem invenimus discrimen. Praecedentibus enim Prin-

(24) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 276.

Princeps aut illius Gubernator consensum Ordinum in subsidiis petunt, quae cum concessa sunt, solvuntur; hac occasione vero irata Regina, quod nimis cunctabantur Ordines, a consuetudine. longe aberrat, et quasi subsidia jam essent concessa, ipsa modum percipiendi proponit: ita ut si nunc ponamus, Ordines illam rationem approbare, tota rerum natura in Belgio fuerit mutata. Olim quando Ordines Generales convocati erant, petita subsidia concedebantur ab Ordinibus Generalibus, sed modus quo ratam partem unaquaeque provincia solveret, curis Ordinum provinciae committebatur. Nunc contra, Ordines omnium provinciarum conjunctae, unum corpus efficere videntur, quod non solum unicuique provinciae ratam partem sed etiam modum solvendi imponeret; quod cum accideret, lex hac in re imponeretur Ordinibus provincialibus, qui huc usque libere agere potuissent.

Fingamus ex. gr. petita *f* 1,200,000 aeque ac modum percipiendi a Regina propositum, concedi, tunc Ordines Hollandiae aeque ac Ordines Atrebatum, Flandriae vel aliarum provinciarum coacti sunt partem suam impositione in focos solvere; quum tamen, si hoc nondum statutum esset, fortasse alio modo solvissent, quia reditus e provinciis mercatura florentibus (uti Hollandia) aliter percipiebantur quam ex aliis, veluti Flandria, in quibus agricultura maxime vivebatur.

Videamus nunc quid de Reginae propositis statuerint Ordines. Hollandi, quorum provincia frequentissima erat incolis, ideoque plures focos quam caeterae provinciae continebat, hoc tributum pendere noluerunt; sed quum intelligerent opus esse Gubernatrici pecunia, illam centum millibus florenorum donaverunt (25). Non constat, quid de hoc vectigali statuerint Ordines caeterarum provinciarum, quamvis probabile videatur illos adnuisse (26).

Notatu dignum praeterea in hoc conventu videtur, quod, cum huc usque omnia a mandatario proposita essent, quibus propositis domi deliberabant Ordines, et certo tempore responsum ferebant (27) nunc contra Ordines Generales Bruxellis manserunt, ibique deliberaverunt conjunctim de petitis mille et ducentis millibus florenorum.

Dat de Staten daaromme souden vergaderen op 't Stadhuys om te vinden het surplus tot twaalf hondert duysent guldens toe (28).

Carolus V Imperator, itinere facto per Hollandiam, ultimo die mensis Augusti Bruxellas rediit, ubi

(25) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae*, Tom. V. p. 138.
(26) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae*, Tom. V. p. 164, 165.
(27) Vid. *Vergadering van* 27 *Feb.* 1530, 3 *July* 1531, 12 *Juny* 1536, 2 *Octob.* 1536.
(28) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 275.

ubi statim Ordines Generales convocavit (29). Die 4 Octobris in Ordinum conventum venit CAROLUS, ubi in Germaniam profecturus quaedam decreta illis proposuit, internum statum civitatis spectantia. Inter alia Ordinibus praelegi edictum jussit, quod 19 articulos continebat, agens de variis sectis religiosis; de homicidarum absolutione, aliisque; quod statim in omnes provincias missum est ut promulgaretur; (30) quod edictum magis cognitum est nomine *eeuwig edikt*.

Princeps ARAUSIACUS praesentibus Ordinibus jusjurandum praestat, tamquam gubernator (*Stadhouder*) Hollandiae, Zeelandiae et provinciae Ultrajectinae. Notandum videtur quod mandatum Principis ARAUSIACI magnopere differebat ab illis, quae praedecessores acceperant. Potestas illi datur, *om daar het noodig syn sou de Burgemeesters, Schepens en Wet te vernieuwen: gelyk van ouds wagt te doen houden in de steden en sterkten, en de Staten tot verdediging en beveiliging des Lands te doen beschryven.*

Jam hyeme ejusdem anni Gubernatrix MARIA certior facta consilii Gallorum et foederis ab illis cum Da-

(29) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I. p. 309. Convocati sunt ad diem 26 Sept. anno 1540. Sed addit Advocatus: *alwaer de Staten ledig hebben gegaan tot den 4 October toe.*

(30) Vid. VAN DER GOES, *Register*, D. I, p. 309. *Groot Plak. Boek*, D. I. fol. 311.

Danis pacti (31), bellum gerendum esse praevidit, et omnes Ordines ad diem 24 Januarii anno 1542 Bruxellas convocavit (32), ut statim subsidia concederent; quae petitio a mandatario SCHORE Praeside facta est. Tum autem iterum antiquo more res gesta est. Ordinibus uniuscujusque provinciae speciale propositum (*particuliere propositie*) dabatur, de quo domi deliberare possent: quod continebat partem, quam quaeque provincia solvere deberet. Ita ex. gr. a Brabantia *f* 120,000, a Flandria *f* 140,000, Hollandia *f* 50,000, Zelandia *f* 16,000 petebantur. Ibi primum tam iniquae provinciarum, pro rata parte, collationes reperiuntur. Huc usque maximam partem semper solverat Hollandia, nunc autem illi provinciae minima pars imperatur. Etiam propositum insuetis verbis concipiebatur, tali modo: *Messieurs qui réprésentez les Estatz du pays de Hollande* (33), qua re Ordines domi perpensa, 25 mensis Bruxellas redire debebant.

Omnium provinciarum Ordines consenserunt praeter Hollandiae Ordines, qui, uti jam plerumque ac-

(31) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae*, Tom. V. p. 216.

(32) Exceptis Frisiae, Trans-Isalanae, Ultrajectinae et Groninganae provinciarum Ordinibus. Vid. VAN DER GOES, *Register*, p. 327.

(33) Vid. VAN DER GOES, *Register*, p. 328.

acciderat, querebantur se nequaquam Reginae obsequi posse; offerentes tamen statim illa subsidia solvere, quae quamvis jam concessa, post certum lapsum solvenda erant, cujus Ordinum decreti Gubernator jam certior factus, statim Reginae nunciavit, quae quum jam audivisset Ordines in diversas opiniones abiisse, quum Bruxellas convenissent, aegre tulit, Advocatum VAN DER GOES Ordines jam convocavisse, quum separatim eorum membra alloqui voluisset, et praesertim quia hoc ille fecerat contra disertum mandatum Praesidis SCHORE: ad quae respondit Advocatus, non se, sed nobiles, dominos suos, hoc fecisse, qui, postquam mandatarios urbium convocaverant, illum postea huic conventui adesse jusserant. Tum Regina Advocatum vetuit in posterum sine suo consensu, aut Gubernatoris, Ordines convocare, et praeterea illum rogavit, quam ob causam minorum urbium delegati etiam advenissent: ad quae respondit Advocatus, *dat sy in alle beden altoos beschreven geweest, en mogelyk nu ook gekoomen waren om gelyk de groote steden kwytscheldingen te verzoeken* (34). Quae

(34) Merito Gubernatrix observasse videtur contra mores esse quod praeter sex majores urbes Dordracum, Harlemum, Delphos, Lugdunum, Amstelodamum et Goudam etiam delegati minorum urbium, uti Rotterodami, Schiedami, Enchusae, Bruxellas

Quae cum audivisset, maximopere irata respondit Gubernatrix: *dat de kleine steden hier niet te doen hadden;* quapropter illum jussit sequenti die Nobiles et postea majorum urbium delegatos ad se ducere (35).

Longum esset enumerare omnes conventus Ordinum Generalium, qui, absente Imperatore, a Regina Gubernatrice convocati fuerunt per annos 1542 et 1543. Saepius convenerant Ordines ut subsidia concederent, ad gerendum bellum Gelricum, quod tandem, die 7 Septembris anno 1543, foedere compositum est (36), ita ut CAROLUS Ducatum Gelriae Comitatumque Zutphiae imperio suo adjungeret.

Quantum adhuc historiam Ordinum Generalium perquisivimus, statui posse credimus, illos nullum privatum corpus in civitate constituisse, nullam imperii partem effecisse, nomenque Ordinum Generalium, illi conventui Ordinum omnium provin-

las convenissent; et hanc ob causam Advocati responsum: *dat sy in alle beden altoos beschreven waren geweest*, non intelligere profitemur; quum id constet (quamvis nunc inquirere nolimus utrum illae minores urbes in Comitiis Ordinum Hollandiae convenirent nec ne), illas numquam cum Ordinibus Hollandiae convenisse, quando illae quasi portio Collegii Ordinum Generalium convenirent, uti apparet ex conventu 24 Jan. 1542, ubi non aliae quam sex majores urbes adfuerunt.

(35) Vid. VAN DER GOES, *Register* I. D. p. 324.

(36) Invenitur illud foedus *in Groot Geld. Plak. Boek*, D. I. *Pr. Punct.* C. 20.

vinciarum solummodo tribuendum esse, qui *ex potestate absoluta Imperatoris*, (uti ajebat Gubernatrix) (37), convocabantur, quamvis statutum non erat quo tempore et quam ob causam ille conventus conveniret. Ex supra memoratis enim vidimus Ordines modo in unam modo in alteram provinciam, modo Bruxellas, modo Antwerpiam, aut Mechliniam convocatos fuisse, vel semel, vel saepius, uno anno congregatos fuisse. Vidimus etiam saepius accedisse, ut toto anno non convenirent Ordines Generales.

Ob quasnam causas etiam convocarentur, certo definiri nequit, quia talis conventus pro nova et inaudita re habendus est, cum conventus Ordinum Generalium proprie conventus Ordinum omnium Belgii provinciarum dici possit; qui ob certas causas et secundum antiquos mores harum regionum conveniebant. Statuere non dubitamus, attributa Ordinum Generalium eadem fuisse atque Ordinum unius provinciae, et ab illis nihil aliud fieri potuisse quam illud, quod in provinciis a singulis Ordinibus ageretur. (concedere subsidia). Probabilius nobis igitur videtur, cum huc usque nihil aliud in Ordinum Generalium conventu propositum inveniamus, quam quod Comes ejusve Gubernator in

(37) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae* Tom. V. p. 242.

in unaquaque provincia Ordinibus proponere potuisset, eam ob causam hanc novam methodum introduxisse CAROLUM, quod facilius esset semel aliquid, quam decies septies proponere. Primus autem hoc innovare poterat Imperator, quippe qui primus, foedere post bellum Gelricum facto, omnibus 17 Belgii provinciis praeerat.

Fortasse tamen aliquis putet, a prima inde Ordinum Generalium concione eos congregari solitos fuisse, ubi videndum esset de communi reipublicae salute. Cujus opinionem nos non probamus. Quid enim universae reipublicae magis cordi esse poterat, quam futuri Principis inauguratio? CAROLUS tamen cum PHILIPPUM filium successorem (*voor 's Lands toekomende overste Heer en natuurlyken Prins*) inaugurari jussisset, hunc non in conventu Ordinum Generalium, sed in unaquaque provincia separatim agnitum fuisse docet historia. Ita rex Angliae ex. gr. mense Julii anno 1549 futurus Dux Brabantiae, et die sequenti 26 Septembris, Comes Hollandiae ab Ordinibus Hollandiae (38) salutatus est.

Supra narravimus, Ordines Generales convocatos fuisse *ex mera voluntate* Imperatoris; nunc, quamvis

(38) Vid. ADRIAEN VAN DER GOES, *Register op het jaar* 1549, p. 26, 28, 29, 30, 31. WAGEN. *Histor. Patriae*, Tom. V. p. 330 et seqq.

vis nullibi significetur, quam ob causam, patet jam ab anno 1551 aliquid constitutum fuisse de illis, quae in Generalium Ordinum conventu agenda essent. Bello enim Gallico, cum Gubernator DE BEVEREN d. 9 Oct. 1551 Hollandiae Ordines convocavisset, illis proposuit, ut provinciam Hollandiam, praesidiis positis ad Mosam aliosque maritimos tractus, defenderent, aut numerum longarum navium augerent (39). Cui sequentibus verbis responderunt.

„ *Dat sy dese sake bevinden van grooter impor-*
„ *tantie, als oorsprong genoomen hebbende, ter cause*
„ *van de groote en schadelyke invasien te water ge-*
„ *schiedt, sonder dat eenigen oorlogh geindiceert*
„ *was, 't welck principalyck toucheert de Keyserlicke*
„ *Majesteyt ende alle syne Majesteyts Nederlanden*
„ *in 't generael gesamentlick, — soo dat, om eynte-*
„ *lyck in desen te resolveeren en te adviseeren,*
„ *de Staten hen (onder correctie) lieten duncken;*
„ *van noden te wesen de convocatie van alle de-*
„ *se syne Genadens Nederlanden, mits desen hen*
„ *allen gelyckelyk toucheert, de welcke tot sekere*
„ *plaetse beschreven synde; sullen met henluyden*
„ *in desen adviseeren 't gunt syluiden sullen bevin-*
„ *den te wezen oirbaerlykste, soo tot eere van Syne*
„ *Keyserlicke Majesteyt, als tot versekertheydt van*
de-

(39) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae*, Tom. V. p. 369.

„ *dese landen*, *dan omme als nu by maniere van*
„ *advertissement wat te seggen*, *bevinden noodeloos te*
„ *wesen eenige fortificatien te leggen in de ga-*
„ *ten van het Vlie* (40). "

Ex his verbis igitur „ *'t welck principalyck tou-*
„ *cheert alle Syne Majesteyts Nederlanden in 't ge-*
„ *nerael* etc. liquet, etsi non convocabantur Ordines ad deliberandum de rebus utilitatem publicam spectantibus, tamen eo tempore ad illos pertinuisse curam defendendae patriae (41), imo propositum a domino DE BEVEREN, die 9 Oct. 1551 unam provinciam Hollandiam spectabat, et tamen hujus regionis Ordines solos se de defensione agrorum ac focorum suorum non statuere posse, ipsi judicant.

Per illud tempus, quo Ordines Generales nostra in patria exstiterunt, non apparuit adhuc quo ordine in concione deliberarent. Verosimillimum est aliquid hac de re statutum fuisse, anno tamen 1552 prima vice conscriptum invenimus, nulla addita ratione, provinciam Brabantiae praefuturam esse (42).

In autumno demum anni 1555 CAROLUS consili-

(40) Vid. ADRIAEN VAN DER GOES, *Register op het jaar* 1551, p. 7—8.

(41) Conf. infra p. 63.

(42) Vid. ADRIAEN VAN DER GOES, *Register op het jaar* 1552, p. 2.

lium, quod jam diu mente agitaverat, variis impedimentis remotis, perfecit (43). Abdicavit enim se imperio, in monachicae vitae tranquillitatem recessurus; cujus abdicationis tantum fuit momentum in provinciis Belgii, ut necesse putemus de illa paulo accuratius agere.

Itaque Imperator CAROLUS V filium suum PHILIPPUM ex Anglia arcessivit; qui 4 die Septembris navem conscendit, et 8 die Bruxellas intravit. Ibi Ordines Generales ad diem 14 Octobris jam convocaverat CAROLUS, quamvis plurimi tempestate vel viis imbribus inexplicabilibus impediti, post statutum tempus pervenerunt, ita ut ante 25 Octobris (44) omnia nondum parata essent ut delegatio magnificentissime fieret (45).

Ordines Hollandiae quum convenissent ut adessent renuntiationi CAROLI; antequam fidem PHILIPPO Regi praestare vellent, ab eo petiverunt renovationem plurium privilegiorum (uti, magni a

MA-

(43) Vid. ROBERTSON, *Histoire de* CHARLES V. Tom. IV. p. 156 et seq.

(44) Vid. BOR, Lib. I. fol. 3. VAN DER GOES, *Register op het jaar* 1555, p. 54.

(45) Animadvertere juvat, quam parum valida sint testimonia multorum peregrinorum in historia nostrae patriae. ROBERTSONUS enim in historia CAROLI V statuit Ordines convocatos fuisse ad diem 25 Octobris; itaque confundit tempora convocationis et abdicationis. Vid. praeterea Ampliss. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften.* D. II. p. 163.

MARIA dati privilegii) quae jam diu abrogata erant (46). Partem tantum eorum, quae petebant, obtinuerunt, uti privilegium de arcendis peregrinis; salva tamen auctoritate Principis in creandis Gubernatoribus Generalibus (*Gouverneurs Generaals*), Gubernatoribus (*Stadhouders*) et Equitibus aurei velleris, quae clausula hoc novum concessum privilegium vanum reddidit (47).

Huc usque Ordines Provinciarum, convocatis Ordinibus Generalibus, gregatim Bruxellas ibant; nunc videmus provinciarum Hollandiae, Zeelandiae et aliquot aliarum Ordines 4 Octob. 1555 non gregatim convenire, sed tantum aliquot delegatos, auctoritate praeditos, quos Ordines, intellecta voluntate Imperatoris, miserant, ut nomine suarum provinciarum fidem praestarent: *om aldaer met ten anderen Staten van den voorsz. Landen van herwaarts over* (48) *jegenwoordich te syn, daar syne voorsz.*

(46) De abrogatione magni privilegii MARIAE. Vid. inprimis G. SIX, *Dissert. de magno* MARIAE *privilegio.* Amstel. 1782. J. DOORNIK, *Dissert. de* eodem privilegio, Lugd. Batav. 1792. Cl. KLUIT, *Holl. Staatsreg.* D. IV. p. 250.

(47) Vid. Consult. J. D. MEYER, *Institutions Judiciaires*, Tom. IV. p. 122.

(48) *Depuis qu'ils étaient établis en Espagne, les Souverains des Pays-bas désignaient ces Provinces et toutes celles qui leur étaient restées de l'ancien patrimoine de la maison de Bourgegne sous la dénomination collective de pays par deça. Telle est l'opinion généralement reçue. Cependant tous les Pays-bas se trouvent désignés sous ce même nom de Duchés, Comtés et Estatz par deça, dans*

voorsz. Keyserlicke Majesteyt de renunchiatie van den voorsz. Landen doen sal — ende voorts in den name en van wegen der voorsz. Staten den voorn. Coninck ontfangen ende houden voer heuren voorsz. Erfheere en Prince.

Actus publicus, qui illis delegatis Ordinum Hollandiae. ex. gr. potestatem faciebat ut adessent abdicationi CAROLI V, tam memorabilis est et paucis tantum cognitus, ut illum hic inserere inutile non putaverimus.

Up ten dach van huyden, compareerden voor my JOHAN PURTYCK *Secretaris als substituyt van d' Griffier shoofts van Hollant; Heeren* GHERAERDT *Heere* VAN ASSENDELFT, EEMSKERK *etc.* AERENT VAN DUVENVOORDE; JACOB VAN DUVENVOORDE *Heere* VAN UPDAM, *Ridderen:* GHERAERDT VAN POELGEEST *Heere* VAN HOMADE, *ende* JACOB *Heere* VAN WYNGAARDEN; *Representeerde die Edelen 's Lants van Hollant:* WILLEM BUQUET BLAZUYZ *ende Mr.* WILLEM SCOOCK *Pensionaris, Gedeputeerden der steede van Dordrecht;* ADRIAEN CLAESZ. *Tresorier en Mr.* LAMBRECHT JACOBSZ. *Pensionaris, Gedeputeerd der steede van Haarlem;* JAN SASBOUT *Burchmr. ende* JACOB VAN DEN EYNDEN, *Pensionaris, Gedeputeerd der steede van Delft,*

dans l'édit du Duc Charles le téméraire de l'an 1473. J. D. MEYER *Instit. Judic.* Tom. IV. p. 117.

Delft, GHERIT BEUKELSZ. *ende* CLAES REYERSZ. *Burchmeesteren*, *ende Mr.* JACOB DE MILDE *Secretaris*, *Gedeputeerden der stede van Leyden*, GHERIT CLAESZ. *Burchmr. en Mr.* ADRIAEN SANDELIN *Pensionaris*, *Gedeputeerd der stede van Amstelredam*, JAN DIRCK HOENZ. *Burchmr. Gedeputeerde der stede van der Gouda*, *al specialicken tot 't gundt hierna volcht*, *gemachtight ende geauctoriseert*, *ende 't samen representeerende die Staaten 's Lants van Hollant dair toe specialicken vergadert : ende hebben verclaert dat alsoe die Keyzer onse alregenadichste Heere ende natuerlicke Prince den Staten van synen Landen van Hollant en Westvrieslan̄ onlancxs schriftelicken bericht heeft*, *hoe dat zyne Majesteit om dieversche merckelicke ende treffelicke redenen zonderlinge aansieninge der Indispositien van synen Persoene geresolveert ende gedetermineert hadde*, *synen Zoone den Coninck van Engelandt onzen Heere ende Prince syne landen van herwaerts overe geheelick te cedeeren ende overgheven*, *ende daar van die Renunchiatie solempnelicken te doene*, *in de jegenwoerdicheyt van de Principale Heeren ende Staten van syne voorsz. landen; ende by denzelven den voorn. Coninck voer heuren erfheere en Prince te doen ontfangen. Ordoneerende ten dien eynde denselven Staten*, *heure gedeputeerde in goede ende merckelicke getale jegens den* 24 *dach dezer je-*

 gen-

genwoordiger maendt tot zyne Majesteit te schicken met genouchsame volmacht by de voorsz. Renunchiatie jegenwoirdich te zyne, ende oick de voorn. Coninck van Engelandt voor heuren Erfheere en Prince te ontfangen, ende voorts daarinne te doen al 't ghene des daar toe dienen sal. De voorn. Staten van Hollant ende Westvrieslandt willende in alder onderdanicheyt als goede ende getrouwe ondersaten de bevelen van Zynder Keyzerl. Majesteyt obedieren, zonderlinge gemerkt dat de voorn. Conink in dezen voorsz. Landen van herwaerts overe, voer toecomende Erfheere ende Prince nae den overlyden van zyne voorsz. Keyzerl. Majest. als synen enigen Erfvolger alreede gesworen ende ontfangen es geweest, daar by gevoucht dat eenen grooten ende onnootlicken cost zoude wesen den voorn. Coninck in desen tyde van Oorloge wederom te doen zweeren ende ontfangen in alle die steden ende Plaetsen van den voorsz. Landen van Hollant ende Westvrieslant, hebben nae communicatien 't samentlick hier op gehouden eendrachtelick, ende geconcludeert heure gedeputeerden tot zyne voorsz. Keyzerl. Majesteyt te schicken. Hebben dair toe gecosen ende gecommitteert, Heer ADRIAEN VAN MATHENES *Ridder*, OTT VAN ASSENDELFT *Heere* VAN GOUDRIAEN, WILLEM VAN LOCHORST *ende* JACOB VAN DER DUYN; ADRIAEN VAN BLEYENBORCH ADRIAENSZ., *Schoudt* SCRE-

VEL

VEL OCKERSZ. *tresorier*, *ende Mr.* CORNELIS VAN HOGELANDE *Pensionaris*, *Gedeputeerden van Dordrecht*, DIRCK VAN PAENDEREN *Burchmeester*, WILLEM CORNELISZ GAEL *Schepen*, *Mr.* QUIRYN DIRKSZ. *Gedeputeerde van Hairlem*, JAN DIRCK HERPERTZ. VUYTENBROECK *Burchmeester*, *Mr.* QUIRYN AERTZ. *en Mr.* ADRIAEN VAN LEYDEN *Pensionaris*, *Gedeputeerden van Delft*, GHERIT ROELOFSZ. *Burchmeester Mr.* FRANS ADRIAENSZ. *Schepen*, *Mr.* CORNELIS VAN VEEN *Pensionaris*, *Gedeputeerden van Leyden*, *Mr.* HENRICK DIRCXSZ. *en* PIETER CANTER *Burchmeester*, *en Mr.* REYNIER SWYN, *Pensionaris*, *Gedeputeerden van Amstelredam*, SIMON GHERITSZ. *Burchmeester en* JOB FRANSZ. *Schepen*, *Gedeputeerde van der Goude*, *geevende denzelven ende elcken van hen besonder volkomen macht ende auctoriteyt*, *mitsgaders speciael en onwederoupelick bevel*, *dat zij ten voorn. dage zullen compareeren ende verschynen voer heure voorsz. Keys. ende Con. Maj. ende aldaar metten anderen Staten van den voorsz. landen van herwaerts over*, *iegenwoordich te zyne daer zyne voorsz. Keyz. Maj. de Renunchiatie van den voorsz. Landen doen sal. Ende insgelycxs den voorn. Coninck voor heuren voorsz. Erfheere en Prince ontfangen*, *up belofte nochtans ende eedt die de voorn. Coninck openbaerlick ende solempnelicken in Presentie van de voorn. Staten doen sal*, *te onderhouden en-*

ende observeren alle het ghene, dat hy 't zynder Receptie generalicken ende in besondere gesworen ende beloeft heeft; zoo wel den Staten van Hollant ende Westvrieslant, als alle steeden ende plaetsen van den voorsz. Landen van Hollant ende Westvrieslant Ende soo hy gehouden ende verbonden zoude wesen na den overlyden van zyne voorsz. Keys. Maj. Ende dat de voorsz. Gedeputeerden mits de voorsz. eedt ende beloften in den name ende van wegen der voorsz. Staten van gelycken Eedt ende belofte zullen mogen doen alle het ghene des zy zynder Con. Maj. hier te vooren beloeft ende gesworen hebben; insgelycxs te onderhouden ende observeren, gelyk zy na den voorsz. overlyden gehouden ende verbonden zyn, ende voorts in den name ende van wegen der voorsz. Staten (na de voorsz. Renunchiatie Cessie ende Opdracht ende van dan voorts) den voorn. Coninck onfangen ende houden voer heuren voorsz. Erfheere ende Prince, waartoe die voorn. Staten den zelven gedeputeerden geauctoriseert hebben, ende auctoriseeren by deesen. Belovende al het ghene, des zy in 't ghene des voorsz. es, doen zweeren, ende beloven, zullen generalicken ende specialicken goet, vast, en van waarde te houden.

Aldus gedaen in den Hage den 13 *dach van Octobri jn 't jaer ons Heeren Duysent vyff hondert vyff en vyfftich. Toirconden 't Segel van Justi-*

sticie van den voorsz Hove hier aangehangen ende myn signature hier onder op te plycke gestelt ten dage ende jn den jare voorsz. Ende up te voorsz. plyck was geteykent PARTYCK (49).

Conventus igitur Ordinum Generalium, qui ad diem 25 Octobris convocatus fuit, omnino a praecedentibus distinguendus est. Adhuc convocaverat Ordines Regina, qui, cum Gubernatrix petivisset subsidia, domum redibant, quia Bruxellis neque adnuere, neque negare poterant. Nunc vero in conventu adfuerunt aliquot provinciarum Ordines; ceterum vero delegati, quibus summam agendi potestatem caeteri dederant, *voorsien van volkomen macht ende auctoriteyt, te samen representeerende de Staten 's Lands;* qui, auditis propositis, non domi deliberabant, verum extemplo consentire poterant.

Illi Ordines, quorum delegati adfuerunt, non ultro illos miserunt, sed acceptis mandatis Imperatoris: *Alsoe die Keyser schriftelichen bericht heeft — ordonneerende ten dien eynde denselven Staten heure gedeputeerden tot Syne Majesteyt te schikken met genouchsame volmacht.*

Imperium illo die igitur PHILIPPO tradidit CARO-

(49) *Geextraheerd uit het vyfde memoriael Boek van het Hof van Holland gehouden ten tyde van den Griffier* JAN VAN DAM.

ROLUS, praesentibus Ordinibus Generalibus, Equitibus aurei velleris, Gubernatrice MARIA, multisque aliis Nobilibus auctoritate et opibus pollentibus (50).

PHILIBERTUS *Bruxellensis*, *Secreti Concilii* Consiliarius, CAROLI Imperatoris nomine, ad Ordines Generales verba fecit, exposuitque rationes abdicationis, quas cum audivissent Ordines, extremum valedixit illis Imperator (51).

Quum PHILIPPUS regni administrationem se suscipere dixisset, nomine Ordinum Generalium JACOBUS MAES Curiae Brabantiae Consiliarius ad orationes nomine CAROLI et PHILIPPI habitas respondit, *die last hadde van alle de Staten des Lands om te antwoorden;* cujus orationis sequentia prima fuerunt verba: *Heylighe Majesteyt, deese Heeren des Lands Staten de Generaliteyt representeerende* (52) Sequenti die 26 Octob. omnes Ordines praesentes et delegati caeterarum provinciarum PHILIPPO fidem juraverunt, quibus juribusjurandis scripto consignatis, die 28 Octob. nomine regionum suarum subscripserunt.

Anno 1559, pace cum Gallia facta, PHILIPPUS con-

(50) Vid. VAN MEETEREN, *Ned. Oorl.* Lib. I. fol. 15. VAN DER GOES, *Register op het jaar* 1555. p. 54.

(51) Omnes illae orationes inveniuntur apud BOR, Lib. I. fol. 4.

(52) Vid. VAN MEETEREN Lib. I. fol. 15.

consilium capit in Hispaniam abeundi; antea tamen Ordinibus Generalibus, qui Gandavum convenerant, die 26 Augusti, exposuit rem pecuniariam et militarem civitatis, iisque nunciat se sororem suam Archiducissam PARMENSEM Gubernatricem harum regionum elegisse. In fine orationis omnes magistratus adhortatus est, ut secundum edicta, haereticos persequendos, et justitiam sine discrimine Nobilium aut Plebejorum administrandam, curarent. (53) Cui orationi statim responsum est ab Ordinibus Generalibus fidem iterum jurantibus, et ut quam celerrime in Belgium rediret, precantibus. Brevi post Gubernatores Ordines provinciarum quibus praeerant, adhortati sunt, ut copiarum numerum augerent. Cui mandato obedire noluisse videntur Hollandiae Ordines, affirmantes hujus rei arbitrium esse penes Ordines Generales: itaque responderunt: *Hebben geresolveert, alsoo de beschermenisse van deselve frontieren by de Generalité van de Staten van alle de landen van herwaerts over aangenomen is, by believen van Syne Majesteyt als blyken magh by de acte daarvan synde in dato den twintigsten dagh van Mey vyftien hondert acht en vyftig, dat de versochte besoldinge van de voetknechten, ende de veranderinge van de paerden wesende van eene natuyre en-*

(53) Vid. BOR Lib. I. fol. 14.

ende van malcanderen dependeerende, niet en kan noch behoort te geschieden dan by deselve Generale Staten — dat daeromme, soo wanneer sy met de Generale Staten van herwaerts over tot dien eynde ontboden sullen worden, hen daar in dragen sullen na behooren; nietteminne soo verre sy by believen van de Staten van alle de landen van herwaerts over gelibereert mochten worden van de oblegatie met de Generale Staten gemaekt, souden sy hopen etc. (54)

Iterum apparet igitur eo tempore ad solos Ordines Generales pertinuisse curam defendendae patriae. Non immerito illud respondisse Hollandiae Ordines, praeterea nos docent decreta Hollandiae d. 20 Maji 1560, ubi negat Gubernatrix sibi placere, ut de illa re Ordines Generales consulerentur.

Satis nota sunt omnia quae in patria nostra acciderunt, regnante Gubernatrice, usque ad illud tempus quo turbae ortae sunt. Hisce igitur omissis, ad ea progrediemur, quae initium turbarum merito dicuntur, cum Nobiles foedere conjuncti libellum supplicem Archiducissae porrexerunt. (55) Hujus libelli haec erat summa: ut Gubernatrix nova edicta faceret de religione, illaque promulgari curaret audito consilio Ordinum Ge-

(54) Vid. VAN DER GOES, *Register op het jaar* 1560, 9. 26 *April* p. 33, 40.

(55) Vid. VAN MEETEREN, Lib. II. fol. 37.

Generalium: *andere ordonnantien gelieven te maeken by advyse of consent van alle de Staten die in 't generael en gelyck vergadert worden* (56)

Quibus respondit MARIA: se haec Regis decreta sine ejus consensu immutare non posse; verum se, quantum ejus fieri posset, effecturam, ut eorum violentia temperaretur.

His precibus Nobilium mirum in modum commoti fuerunt animi, ita ut Ordines provinciarum certiores fierent, quid contineret ille libellus supplex. In provinciis Brabantiae et Flandriae mox, de iisdem rebus ad Gubernatricem ut referretur, decretum est; in Hollandia quoque, ubi ex litteris a Regina conscriptis (57) quae accidissent jam percrebuerant, et ubi haeretici jam publice sacras conciones habebant, statutum est, ut a MARIA nova edicta, auditis Ordinibus Generalibus, de rebus religiosis peterentur (58). Quibus omnibus effectum est, ut *Secretum Concilium* paulo post edicta moderaverit, quae inde *mooderatie*, a plebe vero *moorderatie* dicebantur. (59) Intellexerat Gubernatrix, si promulgarentur Regis nomine, non auditis Ordinibus Generalibus, nullam fore

(56) Vid. BOR, Lib. II. fol. 9.
(57) Vid. BOR, Lib. II. fol. 57.
(58) Vid. *Resol. van Holl.* 5 *Juny.* 6 *July.* 15 *July.* 1566.
(59) Vid. BOR Lib. II. fol. 64.

fore horum edictorum efficaciam (quum tamen, ut videtur PHILIPPUS, eorum conventum vetuisset). Itaque constituit MARIA interrogare consilium quorundam Ordinum provinciarum, ad quos nonnullos auctoritate praestantes Nobiles dimisit, sperans fore ut illi maximopere in aures Ordinum influerent.

Id non sine desperatione audivit populus, quum videret, Ordinum quoque provinciarum conventus jam non libere deliberare posse, quia aliquot tantum, non omnes Ordinibus adscripti convocabantur; ita ut, teste BORRIO, vulgo censerent consilium Ordinum, tali modo convocatorum, non esse ingenuam libereque enunciatam opinionem, verum adsensum vi extortum: *meer een bedwongen consent, dan voor eene vrye en openhartige opinie.* Praeterea in illis solum provinciis convocavit Ordines Gubernatrix, ubi incolae minus privilegiis adhaerentes, minus quoque edicto moderato adversarentur; quum contra Hollandiae, Frisiae, Limburgiae Ordines convenire prohibuit. Quibus auditis Ordinibus, MARIA promulgavit edictum.

Quotusquisque est quin miretur, ab una quidem parte edictum in Hispaniam missum fuisse, ut a Rege ratihaberetur; ab altera parte non auditos fuisse omnium provinciarum Ordines; antequam vero responsum Bruxellas pervenire potuisset, et Ordines convocati consilium dare potuis-

sent

sent, (quum Ordines Brabantiae eo tempore adhuc sententiam nondum tulissent), nihilominus nomine Regis et Ordinum harum regionum editum fuisse?

E re ipsa igitur patet, hujus edicti promulgationem in regionibus, ubi populus privilegiorum erat tenacissimus, multis seditionibus ansam praebuisse; uti Antwerpiae, qua in urbe primis temporibus illud edictum non promulgare audebat Maria (60).

Cum incolarum animi interea magis magisque offenderentur, praesertim Antwerpiae, Princeps Arausiacus hanc in urbem missus est, qui seditiones compressit. Unusquisque ibi adeo persuasum sibi habebat, Regi vel Gubernatrici, non nisi auditis Ordinibus Generalibus, licere edicta de religione aut promulgare aut revocare aut amplificare, ut Princeps ipse Arausiacus, quum magistratus Antwerpienses rogaret de optima ratione turbas sedandi, adderet: *tot dat daer met advys van zyne Generale Staten in soude zyn voorsien* (61).

Nihil aliud eo tempore petebant incolae harum regionum nisi convocationem Ordinum Generalium, quasi unicum modum quo hominum animi pla-

(60) Vid. Wagen., *Histor. Patriae.* Tom. VI. p. 161.
(61) Vid. Bor. Lib. II. fol. 77.

placarentur. Hoc deducimus ex magistratuum Antwerpiae testimoniis: *dat ook soude helpen en den hoop verminderen, dat van het voorleden waer een generael pardon; maer bovenal versochtten zeer ernstelick als de beste remedie van allen, dat de Generale Staten mogten vergaderd worden.* Quum res ita sese haberent, Gubernatrix petivit a PHILIPPO, ut liceret Ordines Generales convocare: dicens unicam rationem esse, secundum suam et *Concilii* (*Raadt van State*) opinionem, qua in posterum quies publica restitueretur. PHILIPPUS, (qui non permotus precibus Gubernatricis illam arma capere jussit, promittens se ipsum in Belgicas provincias venturum, et Ordines esse convocaturum,) secretis tamen epistolis MARIAM hortatus est, ut ipsa convocaret Ordines Generales, si novae orirentur seditiones; modo curaret, ne quis sciret id se permittente fieri. Quidquid sit, constat, numquam ab illa convocatos fuisse, numquam PHILIPPUM has in regiones rediisse, turbas non resedisse donec d. 11 Aprilis 1567 Princeps ARAUSIACUS patriam suam reliquit, et in Germaniam profectus est (62). Brevi post Dux ALBANUS magnum exercitum in Belgium duxit, qui cum advenisset, Gubernatrix MARIA die 30 Decembris

1567

(62) Vid. VAN MEETEREN Lib. II. fol. 46.

1567 imperium illi tradidit, et in Italiam iter fecit. Per epistolas valedixit Ordinibus omnium provinciarum, inter alia haec scribens: *Het is wel waar dat alsoo Syne Majesteit geliefde ons tot Gouvernante te stellen; in jegenwoordigheyd van de Generaele Staten deser landen; wy wel begeert souden hebben in gelyke vergaderinge en geselschappe van UE. oorlof te neemen — maar om 't verbod by Syne Maj. gedaan van de Generaele Staten durende dese beroerlyken tydt niet te vergaederen dan in Syne jegenwoordigheid of tot anderen Syne Majesteyts ordonnantie; en hebben wy dat geluk niet mogen hebben deselve Staten te samen by den anderen te sien, om U allen in het generael adieu te zeggen; 't welk wy nu gedrongen zyn met brieven aan elken van U besonder te doen* (63).

Dux ALBANUS igitur quum solus nomine Regis regnum occuparet, anno 1569, nova quaedam subsidia Belgii provinciis imperare proposuit; tributum quod de omnibus rebus venditis solveretur.

Animadvertere juvat hunc Gubernatorem, qui nullam privilegiorum rationem ducebat, et omnia ex plenitudine potestatis faciebat, diu tamen cum Praeside VIGLIO consuluisse, quomodo novum tribu-

(63) Vid. BOR. Lib. IV. fol. 134.

butum Ordinibus Generalibus proponeret (64)

Sed si accuratius Ducis agendi rationem inspicimus, apertum est, illum propterea Ordinibus obsecutum esse, ut, si semel ab illis veniam impetrasset fixum perpetuumque tributum populo imponendi, postea non amplius Ordines convocare necesse haberet, ac tunc facilius omnia privilegia infringeret.

Quum animadverteret anno 1573, sine extraordinariis subsidiis seditiones in Hollandia et Zelandia ortas sedari non posse, mense Septembris illius anni Ordines Generales tandem, qui jam per multos annos non convenerant, convocavit, ut ab illis *f* 2,000,000 peteret.

Nisi res ipsa loqueretur, Ordines Hollandiae Zelandiaeque illorum, quae in conventu illo Ordinum Generalium gerebantur, participes non fuisse, epistolae ab illis ad Ordines Generales datae, illud ostenderent, in quibus adhortantur, ne tyranno subsidia concedant neque totam rempublicam pessum dent. His epistolis, quas habet BORRIUS (65) sequenti modo collegium Ordinum Generalium describunt Ordines Hollandiae: *Gy zyt de Staten des Lands, dat is te zeggen de Voorstan-*

(64) Vid. VIGLII, *Comm. de Dec. Den.* Cap. V, VI, XI. in *Anal. Belg.* Tom. I. P. I. p. 288.

(65) Lib. VI. fol. 342.

standers en Beschermers van heure Vryheden en Privilegien welke gyluiden schuldig zyt voor God en alle menschen te bewaren; ende daerom zyt gy uit alle steden uitgekoozen, op dat een iegelyck syne stad en gy al te samen het gantse Landt helpt voorstaan en verantwoorden.

Pervenimus ad illam nostrae historiae periodum, in qua Ordinum Generalium potestas crevit, adeo ut primae reipublicae administrandae partes ad eos deferrentur. Illius autem temporis historiam nos facilius perscrutari potuimus, quoniam, quae ab anno inde 1576 fuerunt Ordinum Generalium decreta, ad nostra tempora servata sunt.

Ineunte vero anno 1576, mortuo REQUESENSIO Gubernatore, harum provinciarum incolis nemo praeerat; ita ut *Concilium* (*Raad van State*), quod brevi post a Rege confirmatum est, illis temporibus Belgio praefuisse censendum sit, quo factum est ut aliquid mutaretur in ratione, qua ad se invicem pertinerent Gubernator et Ordines. Videamus quid fecerint Ordines Generales.

Primo nobis haec oritur quaestio; quando Ordines Generales, qui jam diu convocati non fuerant, iterum convenerint? Dolendum est ad hanc quaestionem certum responsum dari non posse, quum hujus instaurati conventus apud nullos scriptores mentionem factam inveniamus; ac vel

BORRIUS ipse, cujus in caeteris accuratissima est diligentia, de Ordinum Generalium congregatione demum loquatur tempore pacificationis Gandavensis. Gandavum verum convenerunt delegati Ordinum die 20 Septemb. 1576, quum ante illam diem jam convenisse Ordines Generales affirmare non dubitemus (66). Hoc patet e decretis Ordinum, quae tamen non docent, quis dies fuerit primi illius conventus. Illa enim decreta, quae adsunt, his verbis incipiunt: *Is by alle de voorgenoemde Heeren;* (67) e quibus deducere licet, decreta, quae agebant de praecedentibus illis conventibus, ubi jam memoratos delegatos (*de voornoemde Heeren*) adfuisse apparet, amissa esse.

Ut ut est, Ordines Generales antea, (quamvis tempus indicari nequeat), jam convenisse credimus, quia, cum turbae seditionesque quotidie crescerent, ac magis magisque vexarent milites Hispanici, Ordines provinciarum (praeter illos Hollandiae et Zelandiae) et praecipue partis meridionalis Belgii omnia conferre studuerunt, quibus sese contra milites rebellantes defenderent, et tunc quidem, consentiente *Concilio*, quantum fieri poterat, Bru-

(66) Vid. *Geschreven Resolutien van H. H. M. de Staten Generael* 8 *Aug.* 1576.

(67) Vid. *Geschreven Resolutien van de Staten Generael*, 4. *Aug.* 1576.

Bruxellas convenierunt, ut deliberarent de salute publica. Haec nostra opinio firmatur eo, quod d. 1 Octobris 1576 Bruxellas solum convenerunt Ordines Brabantiae, Flandriae et Hannoniae, qui nihil statuere, sed adventum Ordinum caeterarum provinciarum exspectari voluerunt (68); quo etiam Ordinum Namurcensium delegatos postridie advenisse legimus (69). Si haec ratio admittenda non esset, si contra eodem modo convenissent uti antea Ordines, si ibi conventus habitus esset antiquo more, non deliberare potuissent nisi omnibus praesentibus (70); nunc contra statim deliberaverunt Ordines. *L'intention des Sieurs Deputéz en assemblée est.* Nunc non quaedam illis proponit, uti antea, Gubernator (nunc *Concilium*), de quibus propositis domi deliberabant; nullam horum mentionem factam invenimus; nihil in illis conventibus egisse Ordines Generales videntur, nisi de foederibus, quae inirent cum Principe Arausiaco et provinciis Hollandiae et Zelandiae, ut cum illis saluti publicae consulerent. Illi conventus origo fuisse videntur foederis, quod inter Ordines provinciarum Bra-

(63) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 1 *Oct.* 1576.

(69) *Idem* 2 *Oct.* 1576. Huc primum delegatos quosdam misisse Ordines Namurcenses, vidimus. (*Les Estatz. de Namur ont réprésentez leur pouvoirs*,) Ab eo inde tempore diu decreta Gallice conscripta fuerunt.

(70) Conf. quae supra narravimus. p. 30.

Brabantiae, Flandriae, Artesiae, Hannoniae, Namurcae, Ultrajecti et Maliniae ab una parte, et Principem ARAUSIACUM cum Ordinibus Hollandiae, et Zelandiae ab altera parte, pactum est. A delegatis, inquam, Ordinum Generalium, quia illorum conventus eodem tempore Bruxellis habebatur, uti ex decretis satis apparet: legimus inter alia, delegatis Gandavum missis potestatem fuisse aperiundi epistolas, quae Ordinibus Generalibus Bruxellas convenientibus mittebantur (71). Illae provinciae tantum delegatos Gandavum miserunt, quamvis foedus cum illis facere conarentur provinciis, quae adhuc contra Hispanos bellum nondum gererent. *Les députéz des Estatz de Luxembourg sont requis qu'ils ayent à se joindre avec les autres Estatz; puisqu'il est pour le service de S. M. et du pays* (72).

Notandum videtur, illum conventum Bruxellensem, quem tamen, etsi non omnes Ordines convenerant, Ordinum Generalium conventum vocandum esse putemus, alio modo consuluisse ac deliberavisse quam ante turbas ortas.

Olim, auditis propositionibus in suis provinciis deliberabant; nunquam primis temporibus Ordinum Ge-

(71) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 19 *Octob.* 1576. fol. 28.

(72) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 20 *Octob.* 1576.

Generalium collegium gubernandae reipublicae particeps dici poterat; multum itaque diversum nunc erat, uti infra videbimus.

Facile intelligitur, hunc conventum jure fiduciario solum convenisse, neque habendum esse pro solito Ordinum Generalium conventu, sed potius vocandam congregationem Ordinum provinciarum, qui Bruxellas convenirent, ut civitatis curam agerent. Hunc conventum non solitum conventum fuisse apparet ex *Art.* 3 pacificationis Gandavensis, ubi diserte dicitur: *Sullen beyde die parthyen ghehouden syn te procureeren ende benaerstigen die convocatien ende vergaderinghe van de Generale Staten in de form als wanneer Keyser* KAREL *d' opdracht deede enz.* (73) In quo articulo certe non de futuro conventu Ordinum Generalium actum fuisset, si ille conventus, qui tunc Bruxellis erat, pro tali habitus fuisset; quod non accidit, uti apparet e titulo hujus conventus. *Les députéz des Estatz des Pays-Bas* (74) et ex litteris a Principe ARAUSIACO missis *aan Myne Heeren de Gedeputeerden van de Generale Staten deser Nederlanden vergadert tot Brussel* (75).

Facile probari posse credimus, conventum Bruxel-

(73) Vid. *Groot Plakaat Boek.* D. I. fol. 8.
(74) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 1576. fol. 45.
(75) Vid. BOR. Lib. X. fol. 254.

xellensem non minus publicis commodis prospexisse quam rebus, quae ad salutem provinciarum privatarum pertinebant, ex frequentibus exemplis, quae in actis publicis illorum temporum occurrunt: uti: *qu'il playse au Conseil d'Estat de mettre un petit camp devant la ville d'Anvers*, quod nunquam nisi in peculiari casu jussissent Ordines Generales, quum solum *Concilium*, (*Raad van Staten*) res bellicas administraret.

Si scripta horum temporum authentica pervolvimus, Ordinum Bruxellis congregatorum eo magis auctoritatem augeri videmus, quo magis *Concilii* potestas decresceret.

Primo enim illud *Concilium* omnibus rebus publicis et privatis praefuisse, docent decreta Ordinum Generalium, qui de nulla re decidere audebant, nisi addita formula, *sauf le bon playsir du Conseil d'Estat;* nunc contra de omni re Ordines ipsi statuisse et *Concilio* jussa dedisse videntur. *Les deputéz des Estatz des Pays Bas ont ordonnez à Messieurs du Conseil d'Estat* (76). Olim enim Gubernatores provinciarum eligebantur a Principe; ut Comes VAN BOSSU, secundùm propositum Ordinum Generalium a *Concilio* Gubernator provinciae Groningiae electus fuerit anno 1576, contra anno 1577 Ordines Generales eundem Comitem

(76) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generaal* 1576. fol. 42.

tam Gubernatorem Gelriae elegisse constat (77).

Antequam foedus Gandavi factum esset, res accidit propterea inprimis memorabilis, quod Hispanos magis in his terris exosos reddidit, eorumque metum apud nostrates auxit, adeo ut dubitandum non sit, quin aliquid contulerit quo citius foedus Gandavense pangeretur.

Cui non cognita est ingens clades, qua urbs Antwerpiae die 4 Novembris 1579 ab Hispanis affecta est? quae tanta fuit, ut brevi post Ordines Brabantiae supplices Ordines Generales adirent, illius urbis direptionem flebiliter exponentes, ac petentes, *Concilio* proponent ut se in damnis resarciendis juvarent.

Et illae quidem preces effecerunt, ut brevi post edictum a *Concilio* constitueretur, cujus promulgationem Ordinibus Brabantiae mandabant; quod edictum memorabile est eam ob causam, quod ipsas edicendi causas continebat (78). Quae omnia confirmant ea quae ab Ordinibus allata erant, quum anno 1575 de pace ageretur: *de Staten hadden van ouds*

(77) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 1577. fol. 200.

(78) Haec fuerunt verba: *Alsoo de Generale Staten van onse Landen van herwaerts over, jegenwoordelyck vergadert binnen Brussel, ten verzoeke van de drie Staten van Brabant, ons hebben wel particulierlycken doen vertoonen enz.* Vid. BOR. Lib. X. fol. 185 — 189 ubi narrat epistolas ab Ordinibus Brabantiae Bruxellas missas.

ouds regt gehad om den Vorst raad te geven en hem den toestand des Lands en der regeeringe, waarvan zy van naby kennis konden hebben, te ontdekken en voortehouden (79). Quae declaratio eo tempore a legatis Hispanorum neque negata neque concessa fuit; nunc vero patet ex edicto *Concilii.*

Dum haec agebantur, Gandavi res eo perductae erant ut, die 8 Novemb. 1575, foedus fieret inter Ordines Generales ab una, et Ordines Hollandiae et Zelandiae ab altera parte (80), quod brevi post ratihabitum est (81).

In illo enim foedere statuitur: Ordines Belgii cum principe ARAUSIACO et Ordinibus Hollandiae et Zelandiae foedus iniisse ut conjunctim milites Hispanicos expellerent (82): ut his expulsis Ordines Generales convocarent, uti convenerant tempore CAROLI V; *om te stellen orde in de saaken van den Lande in het generael ende particulier* (83) qui de moneta (84) ceterisque reipubli-

(79) Vid. WAGEN. *Histor. Patriae.* Tom. VII. p. 86.

(80) Invenitur in *Groot Plakaat Boek.* D I. fol. 2.

(81) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael Novemb.* 1576. fol. 50. *Resol. van Holl.* 26 *Novemb.* 1576. fol. 194.

(82) Art. 2.

(83) Art. 3.

(84) Art. 23.

blicae commodis cognoscerent.

Et nunc quidem tenebrae, quibus horum temporum historia obvoluta erat, sensim evanescunt, et nos in clariorem lucem prodimus, adeo ut ipsas res accuratius dispicere ac dijudicare possimus.

Immutatam fuisse totam Ordinum Generalium rationem, ipsosque nunc leges ferre potuisse videmus ex articulis pacis Gandavensis. Nunc enim proprio marte statuunt, quae antea a summo imperante solo, vel audito eorum consilio, decernebantur. Jus leges ferendi, quod antea Dux ALBANUS exercuerat nomine PHILIPPI, nunc Ordinibus tribuitur, non solum in quaestione de criminibus sed in quavis re quae salutem publicam tangeret, *in de saecken van den lande in het generael ende particulier*, eosque omnino post pactum Gandavense Gubernatorum loco fuisse, satis declarat edictum illud, in quo, promulgatis foederis conditionibus, incolis Hollandiae et Zelandiae imperabatur, ut hujus foederis legibus obtemperarent (85).

Quum eo loco res essent, brevi post Ordines Ge-

(85) Haec fuerunt verba: *ende men beveelt elken van Synder Majesteyts ende van de voorschreven Generale Staten wegen 's geheele inhouden van dezelve Pacificatie te observeeren.* Vid. *Resol. van Holl.* 26 *Novemb.* 1576.

Generales resciverunt, regem novum elegisse Gubernatorem, fratrem suum JOHANNEM AUSTRIACUM, qui, cum d. 4 Nov. 1576 Luceburgium pervenisset, statim de adventu suo illos certiores fecit. Quae cum audivisset, Princeps ARAUSIACUS qui tunc Medioburgae erat, statim litteris eos adhortatus est ut a novo Gubernatore facultatem peterent, bis aut ter quovis anno conveniendi. Illae epistolae (86) hanc ob causam memorabiles esse videntur, quia multas continent declarationes, quae magis explicant multa, quae ad Ordinum Generalium conventum pertinebant. Illi epistolae finem imponit Princeps, his verbis „ *velle se, ut antiquo more civi-* „ *tas administraretur ab Ordinibus Generalibus com-* „ *positis ex ordine Clericorum, Nobilium, et Ur-* „ *bium; salva tamen obedientia legitimo Principi* „ *debita.*"

His litteris effecit ille Princeps, ut improbaretur eorum sententia, qui statim JOHANNEM AUSTRIACUM Gubernatorem accipiendum esse censerunt. Statuerunt enim, antequam agnosceretur JOHANNES, ut promissione se obstringeret ad dimittendas copias Hispanicas, et ratihabendam pacem Gandavensem. Et de hac quidem re totum fere mensem Decembrem cum JOHANNE egerunt Ordines Genera-

(86) Quae inveniuntur apud BOR. Lib. X. fol. 195.

rales, uti ex illorum decretis apparet (87); ac quo facilius cum Gubernatore, brevi Namurcum adventuro, agi et opus urgeri posset, statutum est ut quidam ex Ordinibus in illam urbem proficiscerentur eoque convenirent, caeteri vero Bruxellis manerent, atque interim universae saluti publicae prospicerent (88).

Dum haec gererentur, in conventum Ordinum Generalium advenerunt nonnulli ab Ordinibus Hollandiae et Zelandiae delegati (89). Nullus nostrorum historicorum hujus delegatorum adventus meminit, cum ipse BORRIUS noster de delegatis Ordinum Hollandiae non loquatur, nisi diu postquam illud foedus initum esset, quod *eeuwig edikt* dicitur. Et haec quidem omissio inprimis notanda est, quia nobis probabilis non videretur: nam illorum praesentia ex pace Gandavensi requirebatur, neque vero;

(87) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael. Dec.* 1576 fol. 51 — 82.

(88) Quamvis conscriptum non sit, quo die Namurcum profecti sint Ordinum delegati, verosimile tamen nobis videtur illos d. 21 *Dec.* Bruxellas reliquisse, quia ultimus conventus (uti apparet ex actis publicis) habitus fuit Bruxellis d. 21 *Dec.* huic autem proxime succedens Namurci d. 25 Dec. Vid *Geschreven Resol. der Staten Generael*, 19, 21, 25 *Decemb.* 1576.

(89) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael*, *Jan.* 1577 fol. 122.

rosimile est, jam in hac re a contracta obligatione recessum esse.

Ordines Hollandiae et Zelandiae delegatos misisse, ex actis Ordinum Hollandiae apparet (90), et non minus Bruxellas illos convenisse, nos docent jam allata Ordinum Generalium scripta authentica.

Post longas deliberationes tandem eo res perductae sunt, ut die 17 Febr. 1577 Ordines Generales JOHANNEM AUSTRIACUM Gubernatorem Generalem Belgii agnoverint, quibusdam tamen conditionibus, (*eeuwig edikt*) quibus consensum nega-

(90) Vid. *Resol, van Holl.* 31 *Dec.* 1576. *alsoo op den verbonde verdrag ende pacificatie tusschen de Generale Staten van Brabant, Vlaanderen, en andere Nederlandsche Provincien met den Prince van* ORAGNIEN *en de Staten van Holland en Zeeland binnen Gend gemaakt en besloten, de Generale Staten tot bevordering, dienst ende beleyding van de gemeene zaak by Zyne Princelycke Excellentie verzocht hebben; dat de Staten van Holland haerluyder Gedeputeerdens op de Vergaderingh van deselve Staten tot Brussel zouden willen schikken tot dienst ende verzekerdheyd van de Nederlanden etc. — Zoo is 't dat — gecommitteerden op de vergaderingh der Generale Staten: als Jencker* JOHAN VAN WOURDEN VAN VLIET, *Mr.* PAULUS BUYS, DIRCK DE BEYE JORISZ., *Meester van de reeckeningen des Konings in Hollandt en Mr.* NANNINCK VAN FOREEST, *Pensionaris van Alkmaar etc.*

Fieri potest, ut historici, qui illa authentica scripta consulere non possent, illius decreti Ordinum Hollandiae mentionem non fecerint; sed quare WAGENARIUS illud praetermiserit, qui omnia decreta Ordinum se perlegisse perhibet, nos non intelligere profitemur.

gaverunt Ordines Hollandiae et Zelandiae. Promisit Gubernator se dimissurum copias Hispanicas, et convocaturum Ordines Generales. Itaque die 1 Maji Bruxellas pervenit.

Videamus nunc quinam Ordinibus cum illo fuerit usus. Animadvertendum est, Ordinum Generalium conventus participes non fuisse Zelandiae et Hollandiae Ordines, qui potius privatam civitatem effecisse dicendi sunt, non hanc ob causam, quod idem sibi non proponerent, sed quia illae provinciae, quae primis temporibus solae Hispanis restiterant, jam reipublicae formam adoptaverant, a qua statim desistere non poterant.

Praeterea Princeps ARAUSIACUS nomine Regis Gubernator harum provinciarum erat, et secundum *art.* 6 pacis Gandavensis hoc munere fungi debebat, donec Ordines Generales, qui post discessum Hispanorum conventuri erant, hac de re statuissent. Illas autem duas provincias peculiarem sibi separatim reipublicae formam vindicasse, deducimus ex eo quod, quum Bruxellis delegati Ordinum provinciarum omnium semper adessent, Hollandorum contra delegati aliquoties tantum aderant (91): adeo ut provinciae et Hollandiae et Zelandiae haben-

(91) *Alsoo de forme van de Unie daarvan gementioneerd worde directelyck strydende is tegen de oude Christelyke Religie, daar Syne Exc. en de Staten van Holland en Zeeland professie van doen.*

bendae veluti fuerint non pro parte civitatis septemdecim provinciarum, sed pro privata civitate, quae conventui Bruxellis aderat, si quando deliberandum esset de utriusque civitatis commodis.

Itaque Dux AUSTRIACUS nostra opinione Bruxellis ab Ordinibus Generalibus Gubernator agnitus erat, secundum foedus cum illo initum, quod universe contrarium erat principiis foederis antea Gandavi pacti.

Princeps ARAUSIACUS etiam in epistolis, apud BORRIUM memoratis, enumeravit plura quae, contra pacis Gandavensis articulos, continebat foedus inter Ordines Generales et JOHANNEM initum.

Praeterea si cogitamus, Gandavi sibi proposuisse omnes provincias ut Hispanorum copias his e regionibus expellerent; nihilominus tamen Ordines Generales, qui Gandavi ab una parte contraxerant, JOHANNEM AUSTRIACUM multis cum Hispanis et Italis accepisse sine consensu Principis ARAUSIACI et Ordinum Hollandiae et Zelandiae contrahentium ab altera parte; praeterea hoc novo foedere et Ordinum Generalium conventus, et Ordines Provinciarum submitti auctoritati Gubernatoris, mirandum non est, Ordines Hollandiae et Zelandiae supra memoratis conditionibus cum JOHANNE contrahere noluisse.

Non ita diu res in illa conditione manserunt. Ne-

Novus electus Gubernator post multas cum Ordinibus altercationes, cum saepe illos adhortatus esset ut bellum contra Principem ARAUSIACUM cum suis gererent, quia ille foedus contrahere nolebat, cum hanc ob causam illius fides Ordinibus suspecta esset, repente Bruxellas reliquit, ac vi et armis Namurcum intravit statimque munivit; quo factum est ut arctiori vinculo Ordines Generales jungerentur cum Principe ARAUSIACO, et ab eo inde tempore absolutum fere imperium habuerint (92).

Peculiaris fuit status Ordinum illis temporibus, et laudandus modus quo res tunc gesserunt. Sine pecunia, sine copiis bellum gerendum erat contra JOHANNEM AUSTRIACUM, lecti exercitus ducem. In hujusmodi rebus verendum erat, ne de salute desperarent atque animis desponderent; at nihilominus se defendere constituunt; absentes Ordines (93) convocant, ut quam celerrime civitatis curam gererent: *à se trouver sans aucun délay aux Estatz pour le salut du pays* (94) magnum exerci-

(92) Vid. S. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften*, D. IV. p. 99.

(93) Qui in conventum Ordinum Generalium delegati erant, e tribus Ordinibus eligebantur: e Nobilibus, e statu Ecclesiastico, et ex Urbibus. Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* anno 1577. fol. 104.

(94) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* anno 1577. fol. 107.

citum colligunt, scriptisque publicis actus suos defendere conantur. Ad quae scripta brevi post respondisse videtur AUSTRIACUS, cum inter alia Ordines rebelles vocaret.

Haec quidem scripta (95) inprimis utilia sunt ac explicandam auctoritatem Ordinum Generalium. In defensione sua se ipsos describunt Ordines, et se vocant *van Godt en den menschen geroepen, om beschermers te wezen van de privilegien, gerechtigheden en vryheden van den gemeenen volke, van 't welke sy het ligchaam representeeren by de drie Staten van de Geestelycke, Edelen ende Steden, ende dat henlieden Eedt hen verbindt, om het gemeen volck in hetgeen des voorseyt is te beschermen.*

Porro hinc colligimus, Principem sine eorum consensu bellum gerere non potuisse, Ordinesque novum eligere potuisse Gubernatorem, quando electus curam privilegiorum non habebat (96).

Jure itaque Ordines Generales, die 7 Decembris 1577, JOHANNEM omnesque Hispanos hostes civitatis judicaverunt, postquam jam MATTHIAM Archiducem Austriae Gubernatorem eligere statuissent.

Ne-

(95) Quae inveniuntur apud BOR. *Authent. Stukken*, D. I. fol. 151 — 180.

(96) Quod argumentum deducunt ex privilegiis Brabantiae, apud VAN MEETEREN, Lib. II. fol. 27.

Nemo profecto dubitare potest, quin JOHANNES infregerit privilegia: itaque Ordines Generales jus habebant deponendi JOHANNEM, et MATTHIAM eligendi, quum praeterea *Concilium*, quod alioquin, absente Gubernatore, omnibus rebus praeerat, nunc vel partes JOHANNIS teneret, vel dimissum esset; Ordines Generales eo tempore omnibus rebus in Belgio praefuisse, statuere non dubitamus. Solos vero Ordines Generales tunc nomine PHILIPPI imperium habuisse, colligimus ex declaratione Ordinum — *resolu comme il est requis pour le service de S. M. et des Estatz Généraux* (97).

Non minus aperta sunt sequentia verba BORRII (98) *sich te submitteeren der decisie van de Generale Staten, als reprensenteerende de Koningklyke Majesteyt: en hebbende jegenwoordig het gouvernement van de Landen van herwerts over.*

Ordines Generales igitur, qui illo tempore Belgii provinciis praeerant, MATTHIAM Archiducem elegerunt, ut nomine Regis, praesentibus Ordinibus Generalibus, (*onder onmiddelyk toesicht der Staten Generael*) harum provinciarum curam susciperet.

Vidimus Ordines Generales usque ad illud tempus, quo Dux ALBANUS has regiones reliquit, nullius

(97) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Gener.el*, 10 *September* 1577.

(98) L. XI. fol. 316.

lius imperii partis participes fuisse; cum JOHANNE egisse, non quatenus summi imperii partem efficiebant, verum nomine omnium provinciarum. Nunc contra, illos omnem auctoritatem nomine Regis exercuisse, et prope derisoriam electionem MATTHIAE fuisse apparet. Conferenda est hac de re *instructio*, confecta ab Ordinibus, secundum quam agere debebat MATTHIAS, quae praecipue huc redit: illum praefuturum esse omnibus rebus, audito consilio *Concilii*, quod ab Ordinibus eligeretur; nihil magni momenti statuere posse, nisi cum illorum consensu, illosque convenire posse ad libitum; quod cum antiquis moribus pugnare supra jam vidimus. *Dat de Staten vergadert sullen blyven soo lang het hun goedduncken en van node wesen sal, tot beleyding van de saken van den lande; en dat de voornoemde Staten Generael sullen moogen te samen koomen en vergaderen telken reyse en stonden als het hen believen sal* (99).

Quodsi huic instructioni addamus electionem Principis ARAUSIACI quasi vicarii MATTHIAE, (*Luitenant Generaal*) quique contra consuetudinem praefectus (*Ruwaart*) Brabantiae mansit, mirum non accidit, Gubernatorem illum vocatum fuisse, graphiarium Principis ARAUSIACI.

Sum-

(99) Vid. BOR, Lib. XII. fol. 8.

Summa auctoritas ideo penes Ordines Generales manebat; atque exinde explicari potest jussum Ordinum Generalium, die 28 Decembris anno 1577. MATTHIAE datum. Videlicet quum eo tempore legatos ad Germaniae Imperatorem mittendos esse decretum esset, Ordines legatos elegerunt, salva tamen approbatione MATTHIAE; clam vero illam electionem approbare jusserunt (100).

His conditionibus MATTHIAS die 20 Januarii 1578 Gubernator Belgii jusjurandum praestitit in conventu Ordinum Generalium, *in tegenwoordigheyt van den Prelaten en den geheelen geestelycken Staat, Edelen als Magistraten, Gedeputeerden van Provincien als Steden die de Generale Staten deser Nederlanden maken en representeeren* (101).

Pugnam interea inivit exercitus Hispanorum cum copiis Ordinum Generalium; quum hi magna clade affecti essent, Ordines Generales Bruxellas reliquerunt, quos statim Antwerpiam secuti sunt MATTHIAS et *Concilium*, ubi diu tunc habiti fuerunt conventus (102).

JOHANNES AUSTRIACUS interea quum vi Ordines

(100) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 28 *Decemb.* 1577. fol. 62.

(101) Vid. BOR, Lib. XII. fol. 10.

(102) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael*, 5, 8 *Feb.* 1578. fol. 142, 147.

nes domare non posset, die 14 Februarii edictum promulgavit nomine PHILIPPI editum, quo Rex imperabat Ordinibus Generalibus statum reipublicae Bruxellis turbantibus, ut abirent in provincias suas: eorum congregationem dissolvebat, quaecunque post orta dissidia decrevissent, irrita pronuntiabat ex suae potestatis plenitudine, omnes subditos jubebat ut JOHANNI AUSTRIACO soli dicto audientes essent, neque diutius Ordinibus Generalibus obtemperarent: denique addens se in posterum ubi luberet, illorum conventum esse instauraturum.

Illud edictum (103) hanc ob causam memorabile est, quia, si illud auctoritate valeret, exinde sequeretur omnia ab Ordinibus Generalibus a d. 14 Febr. decreta, nullius ponderis, electionemque MATTHIAE illegitimam fuisse. Antequam secundum decretum Regis Hispanorum omnia ab Ordinibus Generalibus facta irrita fuisse declaramus, necesse videtur de auctoritate hujus edicti inquirere.

Primo Ordines Generales causam fuisse omnium in Belgio turbarum statuit PHILIPPUS. Quamvis nos definire non audeamus, quarumnam turbarum mentionem faciat PHILIPPUS, sive locutus sit de tur-

(103) Quod invenitur apud BOR, Lib. XII. fol. 22.

turbis sub Gubernatrice, sive sub Duce ALBANO coörtis, sive ab eo inde tempore quo JOHANNES AUSTRIACUS in has regiones pervenerat; constat injustam fuisse accusationem. Supra satis manifeste demonstratum esse credimus, omnia, quae ab Ordinibus Generalibus acta fuerunt, sive Bruxellis sive Antwerpiae, eo tetendisse ut sedarentur discordiae. Semper omnia Ordinum decreta ad commoda PHILIPPI promovenda pertinebant: *alsoo het behoort ten dienste van syne Majesteyt* (104).

Rex unumquemque jubet nemini nisi JOHANNI obedire; quodsi igitur consideramus omnes actus Ordinum rescissos fuisse, sive una cum JOHANNE, sive soli decrevissent Ordines, sequitur et electionem MATTHIAE, et omnia quae ab illo gesta sunt, auctoritate caruisse; et tunc profecto historia nostrae patriae, satis jam tenebris involuta, inexplicabilis est.

Illud Regis edictum injustum et inexplicabile fuisse, et hanc ob causam illi obtemperare non debuisse Ordines, contendimus. Ex jam memoratis privilegiis nostrae patriae patet, Ordines nullam debuisse obedientiam Principi, si leges violaret, donec infracta jura restituisset, et Gubernatorem le-

(104) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael*, 10 *Sept.* 1577. fol. 175.

leges violantem statim ab Ordinibus posse destitui; ille enim dicebatur: *een openbaren vyand, en meineedig, onhabil om eenigen staat in Nederland te vervullen.*

JOHANNEM AUSTRIACUM privilegia violasse, et, si hoc satis non constaret, certe contra articulos pacis Gandavensis, a Rege ipso confirmatae, egisse, (quae a JOHANNE tanquam lex fundamentalis observanda erat), nemo est quin facile concedat: itaque Ordines Generales non solum egerant secundum sua privilegia, verum secundum jussa PHILIPPI, qui semper, et jam tempore Gubernatricis, jusserat, ut auctoritas majestasque summi imperantis et religio Catholica vindicarentur.

Hi erant duo praecipui articuli pacis Gandavensis, et JOHANNES cum egisset contra illud foedus, Ordines, secundum ipsa verba PHILIPPI, sese defendere debebant. Idem ille conventus, cujus acta irrita declarat PHILIPPUS, pacis Gandavensis auctor fuerat; confirmaverat ipse illius pacis articulos: cum igitur omnes Ordinum Generalium actus rescindit, sua quoque propria edicta subvertit, quod absurdum foret. Numquam igitur Ordines Generales illud edictum a PHILIPPO factum fuisse cogitare poterant: itaque merito in provincias non abierunt, omniaque, post illud edictum editum ab illis decreta, valida fuerunt.

Ita-

Itaque auctoritas conventus Bruxellensis magis magisque crescebat. Olim in provincias redibant, (sive totum corpus Ordinum Provinciae sive eorum delegati in Ordinum Generalium conventu adessent); nunc perpetuo manebant et de omnibus statim constituebant, cum verosimile sit propter temporum conditionem illos majorem agendi potentiam a mandantibus accepisse quam antea. Raro igitur accidit ut mandantes consulere debuerint, numquam tamen majorem sibi auctoritatem, quam quae per mandatum concedebatur, vindicare audebant. Id probatur ex responso dato Archiduci MATTHIAE; quum Ordinibus Generalibus proponeret leges, quae ferendae erant de religione, *hebben verklaert dat sy hen niet en vonden geauthoriseert om daerop resolutie te neemen, ende dat sy van advise waren, dat ten dien fine de voorschreven poincten souden worden gesonden aan hare Meesters in elcke provincien om daarop te resolveeren* (105).

Quam apertum igitur est, illum conventum exercuisse omnem illam potestatem, quae Ordinibus Generalibus secundum pacem Gandavensem competebat. Hanc ob causam non statuimus illum conventum caput omnium fuisse: secundum pacificationem non singularum provinciarum curam agere po-

(105) Vid. BOR, Lib. XII. fol. 40.

poterant Ordines Generales; solummodo iis mandata erant omnia quae requirebantur ad expellendos Hispanos, et quum secundum privilegia novum elegissent Gubernatorem, non majorem MATHIAE concedere poterant auctoritatem quam ipsi haberent, propter regulam satis cognitam: *nemo ad alium plus juris transferre potest quam ipse haberet* (106).

Ita sese res habuerunt in Belgio, respectu Ordinum Generalium, ab anno 1530 usque ad annum 1578, quo tempore Trajecti ad Rhenum agebatur de foedere arctiore quodam inter quasdam provincias: quod cum confectum esset, die 29 Januarii 1579 promulgatum fuit. Loquor de celeberrima illa Unione Ultrajectina, qua tantum in Ordinibus Generalibus ortum est discrimen, ut necesse sit sequenti capite iterum auctoritatem eorum disquirere.

(106) Vid. L. 54. ff. de R. J.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM

De Unione Ultrajectina, et de actibus ordinum generalium et collegii Trajecti ad Rhenum conditi, ab Unione inita usque ad illa tempora, quibus omnes provinciae, praeter Unionis participes, Regi Hispanico fidem juraverunt.

Pervenimus ad periodum illam, qua initum fuit illud foedus, quod immerito a nonnullis pro lege fundamentali patriae nostrae primis illis temporibus habetur. Immerito, inquam, quia si perpendamus omnes querelas discordiasque ex hac Unione ortas, e quibus postea totius reipublicae prodiit ruina (1) potius dicendum erat: „ *de*

(1) Vid. *Discours over de defecten in de tegenwoordige constitutie der Regeering van den Staat der Vereenigde Nederlanden* — et: *Aanwijzing van de ware oorzaken van het tegenwoordig groot verval in de generale regering van den Staat*; quae inveniuntur apud Ampliss. S. van Slingelandt *Staatk. Geschriften*. D. I. p. 171 — 314. D. II. p. 1 — 90.

„ *de Unie is geen Unie, maar een louter Chaos,* „ *ja het bederff, van een geunieerd ligchaam*" (2).

Anno enim 1578, uti praecedenti capite monuimus, jam nonnulli studuerant, arctiorem Unionem instituere inter quasdam provincias, quae pace Gandavensi jam junctae erant; non eo proposito, ut caeteras junctas provincias relinquerent, verum ut majori vi hostes propulsarent.

Et haec res ita urgebatur, ut jam die 29 Januarii anno 1579 foedus *Unio Ultrajectina* dictum, factum inter provincias Gelriae, Hollandiae, Zeelandiae Ultrajecti, agrumque Groninganum (*Vriesche Ommelanden*) solemniter promulgaretur (3).

Illa Unio Ultrajectina tam variis modis a nonnullis explicita fuit (cum v. c. PETRUS PAULUS inter alios illam vocet *de Eenige Grondwet van ons vaderland* et alii, inter quos Cl. KLUIT (4) statuant nihil de imperii forma in illa statutum fuisse), ut sententias de illa latas, quae quidem probabiles nobis videantur, hic colligere et perpendere utile ducamus.

In foedere Ultrajectino igitur tria consideranda sunt: *ipsa verba*, *partes contrahentes*, et *quam ob causam* initum sit.

Prae-

(2) Vid. S. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften. Concept. eener voorrede* p. IX.

(3) Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. I. fol. 7.

(4) *Histor. der Holl. Staatsreg.* I. D. p. 170.

Praefatio continet causam ipsius pacti: videlicet conatus eorum, qui pacem Gandavensem subvertere studebant.

Propositum arctius vinculum constituere, non ad pacem Gandavensem rumpendam, verum ad illam magis firmandam (5).

Clausulam qua statuebant, nunquam contrahentibus esse propositum ut se ab imperio Germanico segregarent.

Sequuntur hinc 22 praecipui articuli, qui huc redeunt.

Provincias contrahentes junctas esse in perpetuum quasi unam provinciam, salvis uniuscujusque provinciae privilegiis. Art. I.

Omnia, quae ad utilitatem omnium provinciarum pertinent, pluribus suffragiis statuenda sunt, hac exceptione, ut, quando de pace, bello, communibus tributis ageretur, unanimis requireretur consensus. Art. IX.

Una provincia foedus cum externis inire non potest. Art. X.

Unaquaeque provincia de rebus suis internis sola judicat, praeterquam si de moneta agatur. Art. XII.

Que-

(5) Nonnulli scriptores id praetextum vocant, ne tunc jam putarentur Regem reliquisse. Vid. HERING, *Ton. der Nederl. Geschied.* D. I. p. 361.

Querelae, quae oriantur inter singulas provincias de eorum juribus (*meum et tuum*), a tribunalibus dirimendae sint. Si res illo modo ad finem perduci non possunt, tunc caeterae provinciae statuant: si lites vero omnes spectant provincias, tunc Gubernatores judicabunt. Art. I, IX, XVI.

Trajecti ad Rhenum convenire debent foedere juncti, ut ibi de non provisis et extraordinariis rebus judicium ferant. Art. XIX.

Foedere 6 Dec. 1578 tantum junctae erant provinciae Hollandiae, Zelandiae, Frisiae et Trajecti. Quinam vero Unionem subscripserunt; quanam potestate hi fuerunt, et quinam postea foederi se junxerunt? Primus subsignavit JOHANNES NASSAVIUS nomine Ordinis Equestris Gelrici, et suo nomine. Igitur particeps et persona contrahens, auctor etiam fuit (6). Ordines Gelriae postea tandem Unionis participes fuerunt non omnes universe sed separatim usque ad annum 1580. (7)

Hollandia statim accessit; idem fecerunt Zelandia (8) Trajectum, Ager Groninganus (9) (*Vriesche Ommelanden.*)

Pro-

(6) Vid. BONDAM, *Stukken der Unie* D. IV. Voorrede p. XV.

(7) Vid PETRUS PAULUS, *Unie* D. III. p. 304.

(8) Excepta urbe Medioburga.

(9) Excepta urbe Groninga.

Provincia Transisalana accessit die 9 Martis 1580. fidem jurans Regi Duci Brabantiae etc. *Ordinibus Generalibus*, Archiduci MATTHIAE et Ordinibus Transisalanis.

Groninga, anno demum 1595, ad foedus accessit (10).

Recte igitur statuisse videtur Cl. KLUIT (11), Unionem non initam fuisse a sociis *provincialiter* sed *pro partibus*: quum ad foedus accesserint nonnulli Nobiles sibi separatim; delegati ex Ordinibus Equestribus; ex Urbibus (12) variis modis et temporibus, quod etiam declaravit Comes JOHANNES NASSAVIUS mense Octobris 1579.

Quamvis statuerit PETRUS PAULUS (13) Regi PHILIPPO statim jure imperium abrogatum fuisse, tamen valde diversam amplectimur sententiam. Statuimus enim nunquam Unionis fuisse propositum, abrogare Regis potentiam novumque instituere regiminis formam.

Etenim ex verbis: *zich niet te onttrekken uit de Gendsche bevreediging*, quam agnoscebat PHILIPPUS, ex stipulatione ne separarentur hae provinciae *testamento*, *nuptiis*, *emtione*, significatur Prin-

(10) Vid. *Groot Plakaat Boek*. D. I. fol. 35.
(11) In opere citato D. I. p. 182.
(12) Vid. *Resol. van Holl.* 12 13 *Feb.* 1597.
(13) *Unie* D. I. p. 6. 156.

Princeps, non corpus morale, quatenus Princeps, verum Princeps personalis. Praeterea in Art. 5. Domania vocantur Regis Domania; e quibus patet, numquam anno 1579 Regem relinquere sibi proposuisse Ordines.

Non nostra solum haec opinio est; idem putabant nostrates tempore WITTII, ubi declaraverunt, PHILIPPUM tempore initae Unionis fuisse *Hertogh, Graef ende Heere van dese provincien* (14) et anno 1580, postquam Frisia Unionis partem efficiebat, cives armati (*de gewapende burgeryen*) juraverunt *getrouwheid aan den Koninklyken Majesteyt als heuren natuurlyken Prince, met de Generale Staten en nader geunieerden tot conservatie deser Nederlanden.* (15)

Consilium Unionis non fuisse abjurationem PHILIPPI, neque ut nova regiminis forma institueretur (16) praeterea apparet ex decreto, quo abrogaverunt imperium PHILIPPO post duos annos.

Propositum contrahentium solummodo fuit, ut, quamvis nihil statuerent de summo imperio, aut de mutuis juribus Ordinum, Gubernatorum, Urbium, vin-

(14) Vid. *Resol. van Holl.* 27 *Juny* 1663.

(15) Vid. SCHWARTZENBURG, *Charterboek van Friesl.* IV. D. p. 178. ubi inveniuntur conditiones qnibus Frisia Unionem accepit. *mits niet tegen de pacificatie van Gent.*

(16) Vid. BONDAM *Stukken over de Unie.* D. IV. in Praefatione.

vinculo se invicem constringerent, quo efficacius quam pace Gandavensi, hostem communem expellere possent (17).

Unio Ultrajectina igitur fuit foedus defensivum, initum inter quosdam oppressos socios, ut foederatim jura sua defenderent, quamvis expresse nullam mentionem horum jurium fecerint. Recte nobis igitur statuisse videtur auctor quidam anonymus (18). *Het oppergebied is niet op den teneur van het* 1. *art. gefundeert, vermits ten tyde van dese confederatie en Unie by de contrahenten de Souvereiniteyt en Hooge Overheydt nog niet was; en by elk van hun nog erkent wierd de Koning van Spanje voor Opperheer en Souverein — hieruit blykt dat de Hooge Overigheydt ende Souvereiniteit der provincien niet in gemeenschap is gebragt onder de bondgenooten; iets op die tydt zynde, hetgeen dezelve noch niet en pretendeerden hun te competeeren; en*

over

(17) Vid. S. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften*, D. II. p. 244. ubi statuit: *de meening van de provincien, in het aangaan van de Unie, kan niet geweest zyn, de Souvereiniteit in het geheel of ten deele gemeen te maken, aangesien dat de Unie aangegaan is meer als twee jaren voor de afzweering van den Konink van Spanje.*

(18) Vid. PUBLIC GEBEDT, *ofte Consideratien tegens het nominatim bidden inde publieke Kerken voor particuliere persoonen; en specialyken voor den jegenwoordigen Heere Prince* VAN ORANGIEN *door* D. H. Amsterd. Ao 1663. D. III. p. 186 — 190.

over zulcks ook zelfs niet gedacht en konnen hebben, het by contract te willen overgeeven of gemeen maken — zoodat de Unie omtrent het Stuk van de Souvereiniteyt der provincien niet wel in consideratien kan genoomen worden.

Hoc foedere sancito, status rerum iterum mutabatur. Provinciae, quae pacem Gandavensem fecerant, conventui Ordinum Generalium Antwerpiae adesse debebant, et secundum art. 19 Unionis, provinciae foedere Trajectino junctae, Trajectum convenire debebant, ut de rebus extraordinariis deliberarent: *om jegens alle opkoomende zaken en zwarigheden te voorzien.* Ille articulus profecto ansam praebuit illi conventui, qui postea in republica nostra vocabatur DE VERGADERING VAN DE STATEN GENERAAL DER VEREENIGDE NEDERLANDEN (19).

Conventus Ordinum provinciarum foedere Trajectino junctarum statim Trajecti habitus est. Omnes provinciae eo delegatos miserunt: *om op al zulcke voorvallende saken te resolveeren; die goede correspondentie souden houden met de provincien daer uit*

(19) *La Confédération avait cru nécessaire de former un Comité central qui put diriger les opérations communes, et ce Comité fut l'origine des Etats Généraux.* Vid. Cons. J. D. MEYER, *Instit. Judic.* Tom. IV. p. 143.

uit deselve waren gecommitteerd (20). Itaque de illarum provinciarum commodis duobus locis agebatur. Primo secundum pacem Gandavensem conventui Antwerpiae eorum delegati aderant, et eodem tempore Trajecti conventus habebatur, ita ut saepe accideret ut simul delegati in utroque loco adessent (21) ac proprie respectu provinciarum Hollandiae, Zelandiae, Trajecti et Gelriae duo exstarent conventus Ordinum Generalium.

Antwerpiae agebatur universe de commodis omnium provinciarum, adeo ut ibi edictum de navigatione conficeretur, quod omnium provinciarum pacificatione Gandavensi junctarum utilitatibus prospiceret. Legati Coloniam Agrippinae missi, ut cum Hispanis de pace agerent, ab Ordinibus Generalibus Antwerpiam convenientibus eligebantur (22).

Trajecti ad Rhenum contra decreverunt delegati de defensione provinciarum, quae Unionis participes erant, uti de Trajecto ad Mosam obsidione liberando; de muniendis urbibus et castellis in provincia Hollandiae, item de tributi partibus, quas solvere debebant illae provinciae secundum jussa conventus Antwerpiensis (23.).

Do-

(20) Vid. *Resol. van Holl.* 12 *Febr.* 1579.

(21) Vid. *Resol. vau Holl.* 15 *Novemb.* 1579.

(22) Vid. *Resol. van Holl.* 1 *Jan.*, 21 *Maart* 1579. BOR, Lib. XIII fol. 100—155. Lib. XIV. fol. 167, 168 et seqq.

(23) Vid. *Resol. van Holl.* 30 *Maart*, 6 *Mey*, 21, 30 *Juny*, 10, 11 *July*, 17, 25 *August.*, 18 *Sept.*, 17 *Nov.* 1579.

Dolendum est, non plura nota esse de illo conventu Trajectino, cum jam, teste Ampliss. VAN SLINGELANDT (24), acta hujus conventus ejus tempore non amplius constarent. Vocat illum conventum *eene vergadering om te resolveeren op alle voorvallende zaken dienende tot defensie van den Lande en onderhoud van den oorlog.*

Quamdiu convenerint delegati Ordinum Trajecti, ob easdem causas definiri nequit; atqui constat, communi consensu statutum fuisse anno 1583 Trajecti: *dat de provincien en steden nader geunieert gehouden sullen weesen, alle jaren eens by een te koomen en te vergaderen* (25).

Ut ut est, ea, quae breviter de illo conventu statuimus, nunc sufficere credimus. Infra accuratius de illo agendum erit: antea tamen videndum, quidnam agerent Ordines Generales Antwerpiae, quorum conventus jam ad finem vergit.

Magnae mutationes deprehenduntur quoad internum conventus statum: postremis enim annis apparet Ordines Generales semper congregatos fuisse propter temporum necessitatem. Vidimus enim non secundum antiquos mores nunc conventum habitum fuisse de quibusdam antea statutis rebus, ut

(24) *Staatk. Geschriften*, II. D. bl. 156.

(25) Vid. S. VAN SLINGELANDT, loco citato.

ut postea, hisce cognitis, domum redirent, ibique cum deliberavissent, sequenti concione referrent quid statuissent. Anno quidem 1579 et sequenti, antiquo fere more deliberatum fuisse invenimus; hac tamen exceptione, ut ex delegatis provinciarum singuli Antwerpiae manerent, qui res, de quibus statim agendum esset, perficerent (26), ac praecipue preces supplicum (*rekwesten*) et litterarum commercium cum Gubernatoribus curarent (27). Itaque illi delegati deliberabant praesente *Concilio*, ut docent Ordinum Generalium decreta, quorum capiti inscriptum invenimus ab eo tempore *au Conseil d'Estat* (28), usque ad diem 9 Maji, ubi loco memoratae superscriptionis legimus *aux Estatz Généraux*.

Huc usque unum delegatorum Praesidis munere condecoratum fuisse legimus (29); nunc ab eo tempore, quo iterum convenerunt Ordines Generales die 9 Maji 1580, statutum fuit, ut ex delegatis pro-

(26) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 13 *Jan.* 1580.

(27) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 9 *January* 1580. *Résolu que les députez des provinces qui après le recès demeureront en la ville d'Anvers, besoigneront conjointement avec son Excellence et le Conseil d'Estat, sur les occurrences qui se présenteront en attendant le retour des députez.*

(28) Idem 16 *Jan.*, 8 *Mey* 1580.

(29) Idem 13 *Novemb.* 1576.

provinciarum singuli singulis hebdomadibus Praesidis munere fungerentur (30).

Illo tempore Ordines Generales Belgii maximopere curam gerebant foederis ineundi cum Duce ALENÇONIO, cui plurimi administrationem imperii offerre volebant, quum illum Principem caeteris omnibus praeferrent, et ex hac Unione majorem salutem ad Belgium redundaturam crederent (31): cui sententiae cum plurimae adhaererent provinciae (Hollandia et Zeelandia Ducem ALENÇONIUM agnoscere nolebant quippe Principem ARAUSIACUM praeferentes), legatos in Galliam miserunt Ordines Generales, qui de conditionibus cum Duce agerent (32).

Illi legati mandatum acceperunt, eo magis peculiare, quod conscriptum esse invenimus nomine Ordinum Generalium, *par ordonnance des Estatz Généraux*, quam formulam huc usque eo sensu non in-

(30) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 13, 20, 27 *Mey*, 3, 10, 17, 24 *Juny*, 1, 8, 15, 29 *July*, 5, 12, 19 *Aug.* 1580.

(31) Quorum rationes inveniuntur apud VAN MEETEREN, Lib. X. fol 166

(32) Quibusdam tamen conditionibus consensisse Ordines Hollandiae et *Zeelandiae* narrat BORRIUS, Lib. XV. fol 220. Praecipuae erant: *dat se souden blyven gelyk se jegenwoordelyck waren, soo in 't stuk van de religie als andersints; soo veel als aengingk de Munte, de Contributien en de onderhoudingh van den oorlogh, wilden sy hen wel met de andere provincien gemeen maken.*

invenisse credimus. Hoc probatum est mandatum, non omnibus, sed plurimis suffragiis (33).

Quum legati ad Ducem ALENÇONIUM missi abiissent, Princeps ARAUSIACUS Ordinibus Generalibus proposuit, ut in posterum conventus *Delphis* haberetur; quod cum probavissent Ordines, effecit ut illi aliquamdiu convenire non potuerint. Mense Augusti illud proposuit Princeps ARAUSIACUS, et die 28 Nov. tantum conventus Delphis habitus est Ordinum illarum provinciarum, quae adhuc pace Gandavensi junctae erant (34). In primis enim conventibus in illa urbe habitis, Ordines sententiam tulerunt de responsis dandis, *litteris proscriptoriis (banbrief)* contra Principem ARAUSIACUM editis; quae omnia ita nota sunt, ut, his omissis, transeamus ad illa memorabilia, quae anno 1581 accederunt. Loquor de abjuratione PHILIPPI Regis.

Ante aliquot annos jam Ordines Hollandiae (35) pro-

(33) Videntur igitur hucusque apud Ordines nondum notae fuisse regulae de statuendo unanimi consensu vel pluribus suffragiis. Conf. quae hac de re inveniuntur apud Cl. KLUIT, in Oratione habita Lugd. Bat anno 1784, cui titulus est. *Over het misbruik van het algemeen Staatsrecht*, p. 29. nota 6. et Ampliss. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften, Concept van een voorrede*, p. XIII.

(34) Aderant Ordines Hollandiae, Zeelandiae, Mechliniae, Transisalanae, Brabantiae, Trajecti et Gelriae; caeterae quidem Hispanorum partes tenebant.

(35) Vid. *Resol. van Holl.* 7 *July*, 13 *Oct.* 1575. fol. 474, 692.

proposuerant, ut se a Rege segregarent; quod propositum tunc rejecerunt quaedam urbes et Princeps ARAUSIACUS, qui hac in re consentire noluit, dum praecipuae Hollandiae urbes, uti Amstelodamum et Harlemum, ab Hispanis occupabantur. Cum vero, anno 1580, illae urbes expulissent Hispanos, idem iterum propositum fuit in Ordinum Hollandiae coetu. Quod tunc, die 28 Martis, statuerunt Ordines, quamvis executionem ad tempus differre decreverunt, cum tale decretum mox laturos esse Ordines Generales exspectarent (36). Jam mense Maji anno 1581 in Ordinum Generalium conventu deliberatum est, utrum Rex Hispaniae esset abjurandus hostisque declarandus: cui proposito assentire tunc noluerunt Brabantiae et Hollandiae Ordines (37).

Mense Julii quidem Ordines Generales Regem deserere decreverunt, ita ut jam, die 26 Julii 1581, edictum nomine Ordinum Generalium promulgaretur, quo Rex Hispaniae abjurabatur (38).

Variae de hoc decreto feruntur opiniones. Sunt qui putent inutile fuisse, cum jam diu reliquissent PHILIPPUM Ordines; sunt alii, qui Ordines Gene-

(36) Vid. *Resol. van Holl.* 25 *Jan.*, 28 *Maart* 1580. fol. 13, 44. *et* 19 *April* 1581. fol. 155.

(37) Vid. *Resol. van Holl.* 6, 7 *Juny* 1581. fol. 250, 252.

(38) Vid. *Groot Plakaat Boek*, I. D. fol. 25.

nerales merito Regem abjurasse statuant; alii denique inveniuntur, quorum opinio est, numquam subditis licere arma contra Principem legitimum gerere illumque relinquere.

Quorum opinionum vim nunc paucis considerabimus.

Sententia eorum, qui perhibent jam ante annum 1581 non amplius in Belgio agnitum fuisse PHILIPPUM, duobus nititur fundamentis. Primo enim dicunt, ab eo inde tempore, quo arma ceperunt, Belgas Regem deseruisse, deinde Unione Ultrajectina jam abrogatum fuisse PHILIPPUM (39).

Nusquam invenimus, initio turbarum bellum gestum fuisse contra Hispaniae Regem, sed contra rebellantes copias Hispanicas, quae Belgicas provincias derelinquere nolebant. Nunquam contra PHILIPPUM, Hispaniae Regem verum contra praedatores Antwerpiae, quos Ordines vocabant *vyanden van Syne Majesteyt en de gemeene welvaert*, exercitum paraverunt nostrates.

Evidenter id probant acta authentica illorum temporum, ubi mentionem faciunt Ordines de obedientia debita Regi Hispanico, ita ut omnia edicta promulgarentur nomine Regis Hispanici. Ita etiam, quum conderetur celeberrima Academia LUGDUNO BA-

(39) Vid. hac de re C. VAN BYNKERSHOEK, *Quaest. Juris Publ.* Lib. II. C. I.

BATAVA, edictum hac de re conceptum a Principe ARAUSIACO, ignorante PHILIPPO, tamen nomine Regis promulgatum est (40).

Dilectus GULIELMUS igitur Regi, ut dilecta erat ipsa urbs Leida, cui privilegium dabatur Academiae condendae, quod Hispanis fortiter restitisset, et ipse Princeps ARAUSIACUS, quamvis ALBANUM et omnes qui ab ejus partibus stabant, pronuntiasset hostes: *vyanden van den landen van Hollant en Zeeland*, in praefatione legum Academicarum Regem tamen vocat, *den Coning van Spanjen onsen genadigen Heere.* Innumera fere sunt edicta post damnationem Principis ARAUSIACI usque ad annum 1581, nomine PHILIPPI facta et edita, quorum plerisque insertum fuit, ut in diplomate Academiae Leydensis: *met advis van onsen lieven Neve den Prince* VAN ORANGIEN. An haec igitur omnia nulla sunt et irrita? Sic multa sane subverterentur, de quorum auctoritate nec GULIELMUS, nec Comes RENNENBERGENSIS, nec ipsi Ordines umquam dubitaverunt.

Ex ipsis, quae tempore Unionis Ultrajectinae locum habuerunt, apparet, per illam non abjuratum fuisse PHILIPPUM. Princeps ARAUSIACUS enim, die 3 Maji, et Comes RENNENBERGENSIS, die 11 Ju-

(40) PHILIPS etc. — *by advis van onsen lieven Neve* WILLEM *Prince* VAN ORANGIEN.

Junii anno 1579. foedus Ultrajectinum non approbaverunt, nisi additis verbis: *als voor seker achtende dat in hetselve de Overheyt en de authoriteyt der Hoogheyt van den Eertshertoge niet verkort noch vermindert wort* (41).

Praeterea jam initio hujus capitis probavisse nobis videmur, numquam Unionis mentem fuisse, ut Regem relinquerent, in qua opinione confirmati sumus sequenti declaratione, quam consiliarii Ordinum Hollandiae Ordinibus Frisiae dederunt ad diem 27 Junii 1663. *Dat by de Unie de Coning van Spaigne nog erkent, immers gepraesupponeert werd te wesen Hertogh, Grave en Heere respective van dese provincien; als kennelyck synde, dat denselven Coning daaryan by de gesamentlyke Provincien van de Unie eerst verklaert is vervallen te wesen in den jare* 1581, *gelyk dan ook by het* 5[de] *art. van de Unie de Domeynen van de Provincien nog genoemt worden* DE DOMEYNEN VAN DE KONINGLYKE MAJESTEYT (42).

Ante annum 1581 igitur Rex Hispaniae jura sua in has regiones non amiserat. Videamus nunc, an jure nostrates Regem abjuraverint (43)?

Qui-

(41) Vid. *Groot Plakaat Boek*, I. D. fol. 20, 21.

(42) Vid. *Resol. van Consideratie ten tyde van* DE WIT, p. 685.

(43) Vid. A. KLUIT, *Inwijingsrede over het recht, 't welk de*

Quinam anno 1581 fuit status Belgii?

Incolae a Duce ALBANO ejusque successoribus oppressi impotentem tyrannidem per multos annos quieti passi sunt; quum tandem milites Hispanici, a Ducibus stipendia non accipientes, omnia igni et ferro devastarent, omnia Belgis spoliantes, legitima defensione arma susceperunt, ut sese contra illos defenderent (44): *betuigende 's Lands Staten, dat sy de wapenen niet hadden opgevat tegen hunnen Koning, maar tegen de snoode dienaren des Konings; dat sy by hunne getrouwheyd souden volharden* (45) — *tegen hem* (ALBA) *toch alleen, hebben wy ons gekant en niet tegen Uwe Majesteyt, dien wy met goed en bloed tot onsen uitersten levensadem getrouwelyck willen dienen* (46).

Multa alia Ordinum dicta afferre possemus, quae manifestum facerent, illos per primos annos eo solo proposito arma tulisse, ut injustis oppressoribus resisterent.

Quum tandem viderent Ordines Regem violenter religionem solam Catholicam in Belgio propagare vel-

de Nederlanders gehad hebben om hunnen wettigen Vorst en Heer PHILIPS, *Koning van Spanje af te zweeren*, Lugd. Batav. 18 Jan. 1779.

(44) Vid. GROTIUS, *de J. B. et P.* Lib. II. C. 1. §. 2.

(45) Vid. KLUIT, in laud. Orat. p. 131.

(46) Vid. eadem laud. Orat. *Bylage* A. p. 35.

velle, multisque incolis religionem reformatam abjurare nolentibus, Belgas summorum dolorum cruciatu confici (47); denique PHILIPPUM ipsum hostilem animum in totius populi perniciem ferre, Regem abjurandum esse merito statuerunt. *Consistere enim simul non possunt voluntas imperandi et voluntas perdendi* (48).

Nos-

(47) Ut unusquisque judicare possit de ingenti et inaudita tyrannide Ducis ALBANI et copiarum Hispanicarum, sequentem epistolam ab Ordinibus PHILIPPO missam, ut conditionem miserabilem harum regionum exponerent, excitabimus: „ *Soo het* „ *mogelyck ware voor de oogen te stellen de buitenspoorigheden,* „ *geweldenaryen en ongehoorde wreedheden, waarmede hy van den* „ *beginne syner regeering gewoedt heeft, namentlyk syne plonderingen, syn rooven en ruiten, verjagen en verwoesten; syn* „ *vangen en spannen, syn bannen, uitdryven, verbeurd maken* „ *van goederen; ja het branden en blaken, hangen, koppen afhakken, rabraken en ander seer afgryslyke en nooit gehoorde* „ *folteringen, pynigingen en vermoordingen van Uwe Majesteyts* „ *ondersaten, soo Edelen als onEdelen, armen en ryken, jongen* „ *en ouden, weduwen en weezen, mannen, vrouwen en jonge* „ *maagden, van wat staat rang en waardigheid zy wezen mogten;* „ *zoo zoude het hart van Uwe Majesteyt buiten twyfel, op het* „ *hooren van al die gruwlen, met schrik en afgryzen vervuld worden, en ten uitersten gebelgd zyn, dat op uwe naam zulke afgryslyke wreedheden als immer een* PHALARIS, *een* HERODES, *een* „ PHARAO, *een* NERO, *of eenig ander heidensch dwingeland heeft* „ *kunnen uitdenken, gepleegd zyn tegen uwe getrouwe ondersaten — Zoo dat Uwe Majesteyt ten langen leste een Koning zonder volk, en een Overste zonder onderdanen had moeten blyven;* „ *gelyk blykbaar is uit de ontelbare menigte van hen, die in dese* „ *landen onder voorwendsel van den godsdienst, zoo met den vuure* „ *als met den zwaarde, en door het water jammerlick zyn om hals* „ *gebragt* "

(48) Vid. GROTIUS, *de J. B. et P.* Lib. I. C. 4. §. II.

Nostra opinione igitur rebellis non fuit populus Belgicus Regem abjurans: cum hoc non fecerit antequam nullum aliud remedium superesse constaret, neque suas preces aut quodvis aliud remedium quidquam valere viderent. Scimus quosdam esse, qui doctrinam improbent „ *arma induere licere* „ *contra quoscunque qui felicitatis publicae fundamenta subruere conantur, si aliter civitas servari* „ *non potest.*"

Quis enim, ajunt, dicet populi querelas non esse vanos et injustos clamores? Quis judex inter Principem et subditos erit? Quis sententiam feret, Principis injurias eo pervenisse ut legitime ipsi imperium abrogare, et a republica illum arcere licitum sit? Magnas illas esse difficultates profitemur. Qui allatas amplectuntur doctrinas, statuunt „ *summum imperantem a populo judicari nunquam posse; iniquum esse homines de plebe censuram agere* „ *de viris summi ordinis; quaestiones quae imperium spectant, esse arduas absconditas, supra vulgi captum.*"

Lubenter concedimus, rem esse naturae societatis plane oppositam, si populus judicem aut censorem in Principem agat, cum res tranquillae sunt, adeo ut singulae ejus actiones sub examen revocentur et ab unoquoque dijudicentur. In rebus dubiis enim, quae vario respectu considerari possunt, Prin-

Princeps semper praesumendus est optimum elegisse; id postulat tranquillitas publica; sed in magnis dissentionibus civilibus, ubi res ad extremum pervenerunt, quando non quaeritur, utrum Princeps hoc illove casu bene an male fecerit, sed an totius reipublicae fundamenta concutiantur; an subditi ea libertate, his juribus spoliantur, sine quibus humana societas exsistere nequit; in tantis igitur turbis populus de Principe recte judicat, non ut judex privatus de lite privata, sed ut gens libera. Non agitur illis temporibus de rebus absconditis, de arcanis imperii, quae captum vulgi superant. Res sunt planae et apertae, nemo non videt quid agatur. Error hic exsistere non potest. *Princeps*, inquit LOCKE (49), *nihil animo sibi proponit nisi felicitatem populi; subditorum conservationem; observationem legum; fieri non potest, quin id omnibus innotescat; quin omnes id sentiant, eodem modo ac liberi ex patris actionibus facillime perspiciunt se ab illo diligi et recte curari.* Sed hic populum non significamus infimam plebem vel capite censos, qui aliquando ex turbidis rebus lucrum captant. Intelligimus si non omnes, saltem maximam partem civium honestiorum, qui propriis fortunis civitati adstringuntur, qui salvi esse non possunt nisi salva re-

(49) Ad PUFFEND. *de J. N. et G.* Lib. VII. C. 8. §. 6. nota 1.

republica. Illud genus hominum (hoc docuit omnium temporum experientia) otii et tranquillitatis est amantissimum, non temere turbas excitat, multa contra gravia tolerat antequam in querelas erumpat; nec facile se motibus civilibus interponit, nisi rebus ita desperatis, ut melius sit omnia experiri quam praesentia pati.

De justitia abjurationis satis jam monuimus. Videndum igitur quinam facultatem habuerint, nomine totius populi hanc faciendi declarationem? Nemo alius nisi Ordines Generales! Nam art. 9 Unionis statutum erat: *Item en sal men geen accoordt van Bestandt oft Peys maecken; noch oorloge aanvaerden die Generaliteit van desz. verbande aangaande, dan met gemeen advys van voorsz. provincien.*

PHILIPPUM abjurantes nostrates, alium eligere Principem sibi proposuerant Ducem ALENÇONIUM, quocum foedus jam iniverant, ut apparet ex ipso edicto abjurationis. Illud foedus art. 3 et 9 Unionis inire debebant Ordines Generales. Non igitur Ordines Provinciales; sed secundum art. 10, ejusdem Unionis, soli Ordines Generales huic rei providere poterant.

Itaque statui nequit, quis praefuerit omnibus provinciis a die 27 Julii 1581 usque ad initium anni 1582, quo tempore Dux ALENÇONIUS ex Anglia Antwerpiam pervenit.

Nos-

Nostra opinione tunc Hollandiae et Zeelandiae praefuit Princeps ARAUSIACUS, caeteraeque confoederatae provinciae *Concilium* (*Landraed*) habuerunt, quod sua commoda gereret; quod vero *Concilium*, antequam institutum esset, Ordines Generales summi imperii partem excercuisse credimus. Hoc enim colligimus ex ipso edicto abjurationis, ubi legimus in fine: *Ende dat in plaetse van dien* (nomen Regis), *soo lange de Hoogheyt van den voorsz. Hertogh van Anjou om noodelicke affairen het welvaren van deze voorsz. landen rakende, noch van hier absent is; by maniere van voorraet ende provisie sullen aanneemen, ende gebruicken den tytel ende name van 't Hooft en Lant Raedt. — ende middeler tydt, dat 't selve Hooft ende Raden in oeffeninge van hunne staet getreeden sullen syn* — ONSEN VOORSZ. NAME, *welverstaende dat men in Hollant ende Zeelant sal gebruicken den naame van den Hoogh-geboren Prince* VAN ORANIEN (50).

Dux ALENÇONIUS, igitur die 19 Febr. 1582, Antwerpiam pervenit, ubi Dux Brabantiae, Marchioque imperii Catholici salutatus est. Brevi post Ordines Gelriae, Groningae (*Ommelanden*), Flandriae illum agnoverunt, ita ut omnibus edictis ejus nomine illo tempore editis, superscriptum jam in-

(50) Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. I. fol. 34.

inveniamus: *Grave van Vlaanderen*, *Hertogh van Lotharingen*, *Brabant*, *Limburg*, *en Gelder*, *Grave van Holland*, *Zeeland*, *Zutfen*, *Markgrave des Heyligen Ryks*, *Heere van Vriesland en Mechelen*; quamvis a provinciis Hollandiae, Zeelandiae et Trajecti Comes agnitus non esset (51).

Mirandum fortasse videbitur, trium horum Ordinum delegatos, cum Antwerpiam venissent, agnoscere Ducem ALENÇONIUM noluisse, eo praetextu, quod ad hunc actum solemnem potestatem non a mandantibus acceperant, cum tamen illae provinciae in conventu Ordinum Generalium, Delphis 31 Decemb. 1580 habito, foedus inter legatos Ordinum Generalium et Ducem ALENÇONIUM initum approbavissent (52).

Praecipua hujus recusationis causa erat propositum (eo tempore plerisque incognitum) harum provinciarum Ordinum, de summo imperio GULIELMO I Principi ARAUSIACO deferendo (53).

Itaque electus fuit Dux ALENÇONIUS loco PHILIPPI Regis, nomine seu titulo (*Protectoris*) Tutoris, conditionibus foedere Plessiano (*Plessis*) et *Bur-*

(51) Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. II. fol. 43.

(52) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 30 *Dec.* 1580.

(53) Vid. Conss. et Amiciss. D. VAN HOGENDORP in laudat. Dissert. Cap. V.

Burdigalensi statutis; Hollandiae et Zeelandiae Ordines tantum cum caeteris conjunctae erant quoad communem defensionem, et hactenus etiam ALENÇONIUM Ducem agnoscere non dubitaverunt (54).

Praecipuae conditiones horum foederum respectu Ordinum Generalium erant: ut Ordines, Duce mortuo, e liberis ejus successorem eligerent, et, deficiente prole, imperium ad alium deferrent Principem; ut Ordines Generales ad minimum quovis anno semel a Duce convocarentur; omnes copiae externae dimitterentur, petentibus Ordinibus Generalibus; ne cum Rege Hispanorum aut nuptiis aut foederibus amicitiam contraheret ALENÇONIUS, nisi consentientibus Ordinibus; Hollandiae et Zeelandiae provinciae eodem statu manerent, quo fuerant cum foedus sanciretur; exceptis rebus ad monetam, bellum, pacem, tributa, privilegiaque pertinentibus, in quibus obtemperandum erat Ordinibus Generalibus (55). Denique in foedere sta-

(54) Vid. *Resol. van Holl.* 21 *April* 1580. fol. 66.

(55) Ille art. 13 sic sese habet: *Hollant ende Zeelandt sullen blyven als sy tegenwoordelyk syn in het stuk van der religie en andersints; wel verstaende dat in de zaken roerende de munt, de oorlogen, de contributien en privilegien tusschen de provincien en steden, deselven sich sullen onderwerpen Syner Hoogheid en de Generaliteyt; volgens d' accoorden en tractaten by gemeen advyse van de Staten Generael gemaekt ofte te maeken, volgende d' oude gewoonten, gebruiken of privilegien.* Vid. BOR, Lib. XVII. fol. 12.

statutum erat, ut ALENÇONIUS Ordinibus concederet *legem commissoriam*, ex qua illis liceret a Duce deficere, si hic conditiones illius foederis violaret.

Denique, petente Principe ARAUSIACO, Ordines Hollandiae et Zeelandiae jusjurandum ALENÇONIO memoratis conditionibus praestiterunt (56).

Hisce omnibus igitur, quae ad inaugurationem Ducis pertinebant, absolutis, curam civitatis suscepit et jam mense Martis Ordinibus Generalibus plurima proposuit edicta VALESIUS, quo miserabilem harum regionum statum instauraret (57).

Mense Junii quidem cum audivisset ALENÇONIUS Imperatorem Germaniae Ausburgiam convocavisse Comitia imperii Germanici (*Ryksdag*), Ordinibus Generalibus proposuit, ut, una cum legato suo, quem ipse, quatenus Dux erat Brabantiae, missurus esset, illi quoque suos delegatos eo mitterent, ut refutarent omnes calumnias, quae contra se ipsum et Ordines spargebantur. Quae cum probassent Ordines, die 9 Julii 1582 instructionem (58) legatis dederunt, qui in Germaniam profecti sunt ut ibi defensionem Ordinum susciperent. Ab eo tempore usque ad mensem Decembris non convocati

(56) Vid. *Resol. van Holl.* 10 *Mey* 1582. fol. 234.
(57) Vid. BOR, Lib. XVII. fol. 15.
(58) Vid. BOR, Lib. XVII. fol. 25, 26.

ti fuisse Ordines Generales videntur; cum tandem convenerant, Dux ALENÇONIUS ab illis nova tributa petivit, ut efficaciter Duci PARMENSI resistere posset, quae petita subsidia concesserunt Ordines. Edictum etiam proposuit quo Calendarium mutaret, quod eodem tempore in omnibus fere Europae civitatibus accidit; idque quum probassent Ordines, Dux ALENÇONIUS decretum edidit, cujus hoc erat memorabile et insuetum initium. FRANÇOIS *beschermer der Nederlandsche Vryheid — alsoo het merkelyk en notoir is — hebben by advyse van onse lieve en getrouwe de Generale Staten van onse verschreven Nederlanden en die van onse Raden van Staten alvooren daarop gehoort, geordineert* (59).

Cum res ita sese haberent, Dux ALENÇONIUS aegre ferens, potentiam suam et ab Ordinibus Generalibus et a Principe ARAUSIACO quotidie minui et infringi, majorem auctoritatem capessere studuit, uti Principem absolutum decebat; querebatur enim, quod ab eo inde tempore, quo in Belgium pervenerat, quasvis contumelias perpessus erat, Principe sui ordinis, indignas, quamvis pro viribus suis omnia attulisset ad liberandas hasce regiones; praeterea indignabatur, Ordines, cum promisissent se curam rei pecuniariae bellicae ipsi commendaturos, nihil aliud misisse ni-

(59) Vid. BOR, Lib. XVII. fol. 32, 33.

nisi chartas et epistolas, ita ut sua opinione ab illis haberetur *voor een Cyfer, een Beelt, ofte Statue.*

Quae omnia illum eo adegerunt, ut vi et armis majorem sibi arrogaret potentiam; ita ut, mense Januarii anno 1583, plures munitas urbes vi occupare conatus sit, inter quas cum Antwerpiam ipse cum exercitu suo intrare vellet, magna clade affectus et fugatus est. Eodem die Magistratus Antwerpienses litteris hac de re certiores fecerunt Ordines Generales, qui statim omnes copiarum Duces urbiumque Praesides jusserunt ut Gallis eorumque Duci resisterent.

Paulo post Ordines Generales litteras acceperunt a Duce Alençonio, quibus rationes suae expeditionis exponebat, in fine addens se nihilominus curam harum regionum gerere velle, si majorem sibi concederent potentiam Ordines.

Quamvis Ordines Generales assensum negarent, tamen se cum illo agere velle statim per litteras responderunt, ita ut paulo post legati ab utraque parte missi convenerint; qui tamen de nullis rebus statuere potuerunt, cum Dux Alençonius numquam culpam suam confiteri vellet.

Dum haec agebantur, Rex Galliae legatum de Mirambeau misit, qui ortas discordias sedaret. Princeps Arausiacus, cum Magistratus Antwerpi-

pienses interea consilium ab illo petivissent, respondit nullum dubium esse, quin Dux ALENÇONIUS amisisset omnia jura illi foedere concessa; tamen iterum cum illo agendum, optimum sibi videri (60). Certe et nostra opinione Dux ALENÇONIUS omne jus in has Regiones amiserat, cum violasset, expeditione in Antwerpiam facta, articulos foederis Burdigalensis: vidimus ejusdem foederis articulum quemdam continere clausulam, ut Ordinibus statim liceret Ducem abjurare, si unam alteramve conditionem infringeret. Consilium Principis ARAUSIACI Ordinum legati secuti sunt, adeo ut 26 Martis 1583 foedus precarium factum sit, quo statueretur, interim Ducem ALENÇONIUM cum copiis suis fidem esse juraturum Ordinibus Generalibus; Ducem interea Dunquercae mansurum, suasque copias in alias urbes foedere designatas dimissurum, donec foedus factum esset.

Interim Ordines Generales Antwerpiam convenerant, ubi diu deliberaverunt, quibus modis cum ALENÇONIO agerent, cum Flandria nullis conditionibus, Hollandia (61) contra conditionibus foederis Burdigalensis, cum illo agere vellet. Cum diu

(60) Rationes Principis ARAUSIACI exponuntur apud BOR, Lib. XVII. fol. 42.

(61) Vid. *Resol. van Holl.* 15 *Juny* 1583 fol. 226.

diu igitur Dunquercae legatos exspectavisset, tandem in Galliam profectus est ALENÇONIUS; res eodem statu manserunt.

Mense Julii Ordines Generales iterum convocaverat Princeps ARAUSIACUS Medioburgum, in quorum conventum pervenit legatus Ducis ALENÇONII, qui multum jactavit patroni sui animum erga Ordines, et gloriatus est eum nunc pro Rege Gubernatorem (*algemeene Steedehouder*) multo efficacius Ordinibus praesto esse posse. Praeterea addidit legatus, Dominum suum nulla conditione relicturum esse jura, quibus in his provinciis fruebatur; quibus omnibus auditis, Ordines Brabantiae in conventu Ordinum Generalium proposuerunt, ut novum cum ALENÇONIO foedus inirent; contrariam emiserunt sententiam Flandriae Ordines (62). Hollandiae et Zelandiae Ordines separatim Principi ARAUSIACO miserunt legatos, qui dissuaderent ne cum Gallis ageret. Nihilominus GULIELMUS Princeps effecit ut Ordines Generales legatos in Galliam mitterent; sed dum haec omnia agerentur, mortuus est Dux ALENÇONIUS die 10 Maji 1584, qui cum liberos nullos reliquisset, Ordines Generales, secundum foedus Burdigalense, alii Principi imperii administrationem deferre potuerunt.

Quum

(62) Vid. VAN MEETEREN. Lib. XI. fol. 205.

Quum diu deliberavissent utrum Regi Galliae an Reginae Angliae hae provinciae essent deferendae, advenit ille calamitosus dies, quo GULIELMUS Princeps ARAUSIACUS occisus est. BORRIUS (63) narrat, statim post crimen perpetratum Ordines Hollandiae litteras dedisse ad Comitem VAN HOHENLOO, quibus illum raptim ac festinanter hujus caedis certiores facerent. *Soo ist er by de Staten van Hollant, dien men aldaer inder haest by der hand konde bekoomen;* nobis vero videtur, Ordines Generales eo convocatos esse, quum ex illorum decretis, die 10 Julii 1584, narrationem legamus commissi sceleris, confestimque litteras hac de re non solum misisse omnibus provinciis (ita etiam Hollandiae) verum etiam Comiti VAN HOHENLOO, Regi Galliae, Reginae Angliae, Regi Daniae, Duci CASIMIRO, Comiti NASSAVIAE et Comiti GULIELMO LUDOVICO NASSAVIAE.

Antequam progrediamur, necesse est verbo agamus de controversiis, quae inter Ordines Hollandiae et Zeelandiae natae sunt, tempore sepulturae Principis ARAUSIACI.

Die 3 Augusti Ordines Generales declaraverunt, apud se manere summam Imperii administrationem; *als wesende nu ter tydt de hoogste Overicheyt*

(63) Lib. XIX. fol. 2. 3.

heyt van den Lande; et hanc ob causam Collegium Ordinum Generalium primo loco futurum in pompae funebris ordine; non vero *Concilium* defuncti Principis, uti statutum erat.

Quae cum audivisset *Concilium*, vehementer illam auctoritatem Ordinibus Generalibus denegavit. quo circa, Ordines Hollandiae, ut sententiae hac de re conciliarentur, proposuerunt, ut *Concilium* cadaver praecederet cum caeteris aulicis. Ordines Hollandiae ipsi his excitati discordiis, statuerunt se, non vero Ordines Generales, hac occasione primos esse, quia sepulturae habebantur in ipsa provincia Hollandiae, ubi soli Ordines Hollandiae summam exercere poterant auctoritatem; hanc ob causam se ipsos Ordinibus Generalibus praesse debere, uti olim in Flandria acciderat. Quibus reclamationibus sequentibus verbis responderunt Ordines Generales: *dat sy verstaan te wesen nu ter tydt de hooghste Overicheyt* ENDE EGHEENE BOVEN HEUR EN KENDE. *Dat sy daeromme behoorden te treden ende marcheeren voer den Raedt van syne Excellentie, die maar van eenige provincien gestelt en was; ende de Generaliteyt egheenen Eedt gedaen en hadde; ende dat men behoorden in alzulcken orden te ghaen als van ouden tyden was geuseert, ende zoo de provincien in dese vergadering stemmen. Dat oick in Vlaenderen noch elders anders noyt*

en

en is geschiet; dat daeromme die van Hollant behoorden te houden heure plaatse naar die van Vlaanderen (64).

Hac declaratione iratum *Concilium* respondit: se nulla in re obedire debere Ordinibus Generalibus; Comitibusque MAURITIO et VAN HOHENLOO decidendum esse.

Quid nunc Ordines his minis responderunt? illos Comites nullam in se auctoritatem posse exercere.: *dat zy nyet en verstonden te staen onder de voorsz. Graven.*

Post prandium quidem Hollandiae Ordines in conventum Ordinum Generalium redierunt, et confessi sunt, loquente BARNEVELDIO, se falsa allegasse de illis, quae in Flandria tali occasione acta fuerant; lubenter itaque a proposito desistere; ita ut Comitem VAN SOLMS continuo secuti sint Ordines Generales; post hos quidem Ordines Hollandiae, quique *Concilii* defuncti Principis participes fuerant, secuti sunt inter delegatos in Ordines Generales ex unaquaque provincia unde missi erant.

Nequaquam igitur assentimur auctori anonymo jam citato (65), qui in omnibus rebus semper auc-

(64) Vid. *Geschreven Resolutien der Staten Generael* 3 *Aug.* 1584. fol. 254.

(65) PUBLIC GEBEDT. II D. p. 51.

auctoritatem Ordinum Hollandiae defendere conatus est, cum putet, Ordines Hollandiae, quamvis summos in sua provincia imperantes, cessisse Ordinibus Generalibus, eam solam ob causam, ne lites in civitate orirentur; auctor praeterea addit, sua opinione, Hollandiae Ordines praeire debuisse. Primo loco nostra quidem sententia Hollandiae Ordines suam sibi potestatem tenaciter vindicantes, numquam id concessissent, si ullo alio modo sententiam suam sustinere potuissent. Sed si, uti statuit auctor anonymus, ex amore patriae ducti juri suo renuntiarunt, ne certando discordias sererent, quare dicunt Ordines Hollandiae: *dat sy slecht geinformeert waren geweest van 't geen in Vlaanderen geschied was;* quidni dicunt, amore patriae ductos se hac occasione juri suo renuntiaturos; addita formula, *behoudens de Hoogheyt ende Souvereiniteyt der landen van Hollant;* uti saepius acciderat?

Praeterea non intelligimus rationes ejusdem auctoris, cum statuat Ordines Hollandiae praeire debuisse, quia in sua provincia soli summa auctoritate erant praediti. Non videmus auctoritatem Ordinum Hollandiae vel tantillum imminutam esse quod non praeiverunt caeteris omnibus collegiis; nam sine dubio in sua provincia erant summi imperantes, solique statuere debebant in omnibus,

quae ad suam provinciam pertinebant; sed funera Principis ARAUSIACI non magis spectabant provinciam Hollandiae quam aliam: et funerum quidem sumtus non a provincia Hollandiae verum ab omnibus provinciis solvebantur.

In omnibus rebus, quae ab omnibus Unionis participibus committebantur, Collegium Ordinum Generalium omnes provincias repraesentabat: nomine igitur Ordinum Generalium, non Ordinum Hollandiae sepultus fuit GULIELMUS.

Merito igitur Ordines Generales cadaver secuti sunt, *jure suo*, non concessione.

Improbat praeterea idem auctor anonymus factam declarationem, *te syn de hoogchste Overicheyt* etc.; quae iterum sententia nostra non est.

Eo enim tempore mortuus erat Dux ALENÇONIUS; mortuus erat Princeps ARAUSIACUS, quorum uterque harum Regionum Unione junctarum pro parte erat Gubernator. Secundum foedera cum ALENÇONIO inita ab omnium provinciarum Ordinibus probata, Ordines Generales, post mortem horum Principum, facultatem habebant summum deferendi imperium ad alios Principes. Igitur, donec alium elegissent Gubernatorem Generalem, summum imperium penes illos erat: nam alioquin deferre non potuissent, propter Regulam satis cognitam: *nemo plus juris in alterum*

transferre potest quam ipse habet (66).

Diutius de his contentionibus egimus: videndum nunc est, quid in calamitoso civitatis statu egerint Ordines Generales?

Die 11 Aug. 1584 Ordinum Generalium conventus, in quo aderant delegati Brabantiae, Flandriae, Hollandiae, Zeelandiae, Trajecti, Mechliniae et Frisiae, declaravit, has provincias, quamvis mortuus esset GULIELMUS, tamen junctas mansuras, uti Unione statutum erat, bellumque gessuras contra Regem Hispaniae; et hanc ob causam interea Imperii administrationem commissum iri Comiti MAURITIO et *Concilio*, sequenti titulo: MAURITIUS *Grave van Nassau en de Raedt van State, by provisie gecommitteert totter Gouvernemente ende regeeringhe van de geunieerde Landen* (67).

Praecipuae conditiones, quibus eligebantur MAURITIUS et *Concilium* erant (68):

Ut *Concilio* committeretur administratio totius rei pecuniariae, quae ab Ordinibus concedebatur; ut curam ageret rerum bellicarum et tantas copias ar-

(66) Lex 54. *ff. de* R. J.

(67) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 11 *Aug.* 1584. fol. 267.

(68) Inveniuntur illi articuli apud BOR. Lib. XIX. fol. 5. 6.

armaret, quantas necesse esse putaret; omnes militum duces non soli *Concilio*, verum etiam omnibus provinciis fidem jurarent; foedus numquam cum Rege Hispanico faceret, nisi auditis Ordinibus Generalibus; Ordines Generales convenirent bis per annum; caeterum toties congregarentur, quoties ipsis placeret.

Et hae quidem conditiones ab Ordinibus Generalibus probatae sunt; et eodem fere tempore statutum est, ut *Concilium* proximo die 1 Septembris hanc curam susciperet (69).

Die 19 Augusti aliquid accidit, quod magis confirmat, Ordines Hollandiae semper omnem potestatem sibi arrogare cupivisse, auctoritatemque Ordinum Generalium infringere conatos fuisse. Quod cum fuse describatur in Ordinum Generalium actibus, hujusmodi fuit.

Navis quaedam Rotterodami publicata fuerat; merces tamen quas continebat illa navis, navarcho restituendas esse decreverant Ordines Generales.

Huic quidem decreto adversantes Ordines Hollandiae merces illas publice vendere voluerunt; iterum asseverantes, illam navem publicatam fuisse in sua provincia, in qua nemo alius aliquam habebat potestatem.

Sed

(69) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 18. 23 *Aug.* 1584. fol. 281. 283.

Sed non cogitaverunt Hollandiae Ordines, illam navem non publicatam fuisse, quia peccaverat contra edictum ab illis editum; verum quia cujusdam portorii, ex Ordinum Generalium edicto exacti, pensionem evitaverat navarchus.

Itaque merito nostra opinione Ordines Generales, quum suam tueri vellent auctoritatem (*mainteneerende d' authoriteyt van de Staten Generael*) Ordines Hollandiae jusserunt ut desisterent. Cui jussui obedivisse videntur.

Interea dum res internae harum provinciarum ita administrabantur, Ordines Generales Regi Galliae imperium deferre decreverunt. Itaque legatos ad illum miserunt, quibus responsum a Rege datum est, se nullis conditionibus harum provinciarum administrationem suscipere velle. Per menses Augusti et Septembris hac de re egerant Ordines Generales cum Rege, qui tandem legatum Delphos misit, ut res ad finem perducerentur.

Praecipua causa, cur rex Galliae administrationem harum regionum rejiceret, haec erat, quod Hollandia hujus consilii particeps non fuerat; instantibus tamen caeteris provinciis, Hollandiae quoque Ordines Regis Galliae potestati sese submissuros esse promiserunt (70). Quo facto men-

(70) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 6 Octob. 1584.

mense Decembri legati nomine Ordinum Generalium in Galliam missi sunt. Jam prius profecti fuissent, nisi more solito lites ortae essent inter Ordines Hollandiae et Zeelandiae.

Quaestio haec erat: utrum in mandato quidam legati missi dicerentur ex Hollandia, an ex Hollandia et Westfrisia; postremum volebant Hollandiae Ordines, nitentes exemplis ex tempore CAROLI V allatis; Zeelandiae Ordines contrariam tuentes opinionem multa exempla ex iisdem temporibus ad firmandam suam sententiam afferebant (71). Qua lite tandem diremta ab Ordinibus Generalibus, legati in Galliam profecti sunt. Quamvis igitur unusquisque putaret, omnes provincias Unione Ultrajectina junctas foedere in potestatem Gallorum cessisse, eventus tamen contraria docuit. Nam dum agerent legati, Bruxellas et Mechliniam occupaverat Dux PARMENSIS, quum eodem tempore Antwerpia terra marique obsideretur. Quibus Hispanorum victoriis perterritis Gallis, iterum recusavit Rex, adeo ut 9 Martis anno 1585, rebus infectis, Hagam Comitum redierint legati. Eodem fere tempore Antwerpiam Dux PARMENSIS in deditionem accepit, et hujus anni initio tota fere provincia Flandriae et maxima pars Brabantiae in Hispanorum venerant potestatem.

Or-

(71) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 8 *Dec.* 1584.

Ordines Generales his hostium victoriis metu perculsi, quum viderent se, sine externorum auxilio, Hispanis diutius resistere non posse, legatos in Angliam miserunt, qui imperium ELIZABETHAE offerrent. Regina quidem, foedere facto, has in Regiones exercitum misit, cui praeerat Comes LEYCESTRIUS; de cujus rebus gestis et administratione sequenti capite scribemus.

CAPUT TERTIUM.

De Ordinibus Generalibus tempore Comitis Leycestrii.

Ad historiae nostrae partem pervenimus, quae quodammodo extraordinaria habenda est: quippe in qua Ordinum Generalium ratio et totius imperii administratio a praecedentium temporum ratione omnino abhorret.

Loquimur de munere gubernatorio Comiti Leycestrio delato; per annos 1585, 1586, 1587; quae delatio eo memorabilior nobis videtur, quia hominum opiniones de summa potestate eo tempore magis explicabantur, et hinc Ordines Hollandiae in sua provincia, illinc Ordines Generales propter Unionem, denique ab altera parte Comes Leycestrius, pro sua singuli potestate pugnabant. De quibus contentionibus priusquam disquisitionem instituamus, necesse videtur considerare:

1°. Potestatem concessam Comiti per foedus cum Regina Angliae pactum.

2°. Potestatem quam praeterea Ordines Generales illi tribuerunt, et quamnam igitur in Unionem excerceret potentiam.

I. Rescissa pactione cum Gallia, foedus cum Anglia inire iterum cogitaverunt nostrates. Longum sit omnia referre, quae hac de re in singulis provinciis acta sunt: itaque sufficiat monuisse, Ordines Generales constituisse ut legati in Angliam mitterentur, qui summum imperium Reginae aequis conditionibus offerrent (1), quibus tamen conditionibus imperii administrationem Regina suscipere noluit, ita ut 10 Aug. 1585 solum foedus factum sit, e quo copiae Anglicae auxiliares mitterentur Duce Anglico. Illas misit ELIZABETHA (2), uti dixit, *uit hoofde van de uitersten noot der landen, die nu staan onder het bevel en de bezetting der Staten Generael.*

Prae-

(1) BOR. Lib. XX. fol. 63. *De Staten hadden hen afgezonden aan Uwe Majesteyt, om deselve te presenteeren de Hooge Souvereiniteit, heerschappy ende volkoome regtveerdige Regeering van de provincien; en dat onder conditien roerende den stand der Gereformeerde Religie; ende hunne oude Vryheden, Privilegien en de Regeering en beleyding van de oorloge, politie en de justitie.*

(2) Vid. BOR, Lib. XX. fol. 65—68.

Praecipuae hujus foederis conditiones erant: (3) Ut Regina mitteret exercitum auxiliarem, cui praeesset nobilissimus Dux Anglicus; Ordines contra quasdam in foedere designatas Urbes pignori darent.

Ut Gubernator Generalis (4) (*de Gouverneur Generael*) nomine Reginae imperaret, Reginaque duos Anglos eligeret, qui *Concilio* adessent.

Gubernator Generalis, adjuvante *Concilio*, abusus in tributorum ratione emendaret; supervacaneorum administrorum numerum minueret, vitiaque in systemate monetario orta tolleret; (cum moneta sine consensu Gubernatoris mutari non posset).

Ne sine consensu Comitis LEYCESTRII Ordines foedus cum hostibus aut aliis civitatibus facerent, neve Regina, ignorantibus Ordinibus, cum eorum hostibus pacisceretur.

Imprimis memorabilia sunt ultima foederis verba: *De beslissing der geschillen tusschen de provincien of steden, die door den gewoonen weg der justitie niet beslist kunnen worden, sullen door den Opperbevelhebber met den Raad van State worden beslist* (5).

Hoc

(3) Invenitur illud foedus apud KLUIT Index Chron. Federum No. 199.

(4) Quem HOOFTIUS vocat: *Algemeen Stadhouder.*

(5) Hac igitur stipulatione mutabatur art. 16. Unionis: in quo ii-

Hoc foedus Ordines Generales jam ad d. 2 Octobris 1585 sanxerunt (6).

Recte nobis igitur statuisse videtur Cl. KLUIT (7), si verbotenus illud ab utraque parte observatum fuisset foedus, adventum Comitis LEYCESTRII felicissimum patriae nostrae futurum fuisse.

Videamus nunc

II. Quomodo Ordines Generales hoc Regio auxilio laeti, LEYCESTRIUM Comitem elegerint Gubernatorem Generalem Unionis, sequenti edicto, quo dicebant (8): se accepisse Comitem, illumque elegisse Gubernatorem (*Kapitein Generaal*) omnium provinciarum, quae Unione junctae erant, illique concessisse summam potentiam et absolutam auctoritatem, in omnibus rebus militaribus terrestribus et navalibus, quo melius patriam contra hostem communem defendere posset. Praeterea illi tribuisse administrationem justitiae (*justitie en politie*) in omnibus provinciis; in qua administratione omni il-

illae decisiones Gubernatoribus provinciarum committebantur. Caeterum infra hac de re agemus, ubi ad GULIELMI II tempora pervenerimus.

(6) Vid. *Resol. van Holl.* 2 *Oct.* 1585. fol. 600.

(7) *Historie der Holl. Staatsreg.*, D. II. p. 73.

(8) Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. I. fol. 47.

illa potentia frueretur quam caeteri Gubernatores Generales antea habuissent (9).

Denique se concessisse ut omnia tributa, quae ad bellum gerendum solvebantur, pro lubitu impenderet.

Jubebant adeo omnes Gubernatores provinciarum, urbes, praefectos navales (*Admiralen*), imperatores (*Oversten*), copias navales et terrestres, consiliarios, quaestores, praetores (*Schouten*), praefectos jurisdictionis (*Grietmannen*), magistratus, nobiles, vasallos, cives, caeterosque incolas harum provinciarum subditos, ut Comiti LEYCESTRIO obedirent (10).

Vel me tacente intelligitur Comitem potius omnipotentem summum imperantem quam Gubernatorem vocandum fuisse; et mirari subit harum Regionum Ordines, qui hucusque tam acriter pro sua po-

(9) Verba sunt: *als alle voorgaende Gouverneurs van dese Nederlanden en bysonder ten tyde van Keizer* KAREL V *wettelyk gehad, en voorbehoudens de rechten en privilegien derselver landen geexerceerd hebben.*

(10) Frisiae provincia huic decreto consensum negavit; quamobrem Ordines Generales decreto 10 Jan. 1586 (erravisse videtur Cl. KLUIT cum statueret 10 Junii) hoc edictum pluribus constituerunt suffragiis. Dicebant enim: *Dat het onredelyk was in zulke gewichtige zaak, waar 's Lands ondergang aan hing, alles na te laten om eene provincie, en zy deden dit naar art.* 9 *der Unie, als zynde niet begrepen onder de vier gevallen in dat art.* Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 10 *Jan.* 1586. fol. 9.

potentia certavissent, nunc ultro se omni potestate exuisse, illamque in Comitem LEYCESTRIUM transtulisse; tanta erat voluntas, quum advenisset, ut Ordines Generales illi majorem etiam concederent auctoritatem (11).

Concilium ex foedere cum Regina inito agnitum erat; quum vero Comes secundum art. 16 ejusdem foederis huic praeesset *Concilio* et duo Angli ejus participes essent, instructio confecta fuit, in omnibus fere conveniens cum illa, quae tempore Imperatoris CAROLI V *Concilio* data fuerat. Quum vero Comes putaret, hujusmodi instructionem auctoritati suae obesse, concesserunt Ordines Generales ut ipse aliam conficeret eorum nomine, ita tamen ut solum *Concilium*, non ipse, huic instructioni obtemperare deberet (12), et ipse ex plenitu-

(11) Quanta laetitia fuerit documento sit, quod Ordines Hollandiae de illo ad Reginam scripserunt: *arrivé ici en ung temp si opportun et si bien à poinct qu'eussions sceu sonhaiter par quoy sa venue nous a esté d'autant plus aggréable, et aussi à tout ce peuple d'Hollande, qui l'honnore et estime comme envoyé du Ciel ponr sa délivrance*, *Resol. van Holl.* 13 *Febr.* 1586. fol. 66.

(12) Hinc videmus, Ordines Generales, cum nulla fere potestate valerent, ejus tamen quasi quamdam imaginem amplecti et tueri cupientes ut suo nomine redigeretur instructio. Continebat fere eadem, quae tempore CAROLI, quum solum in *Concilii* non in Gubernatricis usum conficeretur, quae sibi peculiarem habebat instructionem. Itaque Comes LEYCESTRIUS eo minus huic instructioni obnoxius erat, quo magis praecedentes Gubernatrices auctoritate antecellebat.

tudine potestatis statuere posset, quamquam sententiam tuebatur valde diversam ab opinione omnium caeterorum consiliariorum. Recte illud *Concilium* igitur vocavit Ampliss. SLINGELANDIUS, *gecommitteerd te zyn tot zyne assistentie; maar zoodanig dat die maar alleen was consultatif in syn reguard* (13).

Haec instructio, quae invenitur apud BORRIUM (14), hoc quoque habebat, ut in *Concilio* adessent duo Angli et Belgae eligendi ab omnibus provinciis, qui cum Comite defensionis provinciarum salutisque civitatis curam gererent. Omnes Gubernatores, Duces, copiasque fidem darent civitati, et jussis Comitis parerent *als Gouverneur en Kapitein Generaal der Vereenigde Gewesten.*

Comiti liceret Ordines Generales et Provinciales convocare, omniaque edicta promulgare nomine suo (15).

Consideravimus igitur potestatem, quam primo loco a Regina, secundo ab Ordinibus acceperat Comes.

Si

(13) *Staatk. Geschriften*, D. III. p. 7.

(14) Lib. XXI. fol. 7—9.

(15) Quorum edictorum superscriptiones postea fuerunt: ROBERT. *Gr. van Leycester — Luitenant van hare Majesteyt de Koningin van Engeland, Gouverneur en Kapitein Generaal der Vereenigde Nederlanden.* Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. II. fol. 88.

Si huic potestati addamus instructionem *Concilii*, et perpendamus auctoritatem Comitis LEYCESTRII, ducis copiarum Anglicarum, exercitus Ordinum, praeterea potestatem, quam habebat quatenus Gubernator erat omnium provinciarum, quum praeterea justitiae et rei pecuniariae administratio illi concessa esset (16); si haec omnia perpendamus, tuto statuere licet, nullam fere potestatem apud Ordines Generales remansisse, Comitemque LEYCESTRIUM omnem absolutamque accepisse auctoritatem, quum Ordines solam retinuissent potentiam subsidia concedendi.

Itaque pro certo ac probato assumere possimus, Comitem LEYCESTRIUM summum imperantem harum regionum habendum esse, nisi refutanda nobis restaret objectio quaedam, quae primo obtutu omnes nostras rationes evertere videretur.

Videlicet ELIZABETHA Regina, quum audivisset, quae acta essent inter LEYCESTRIUM et Ordines Generales, hac de re conquesta est; ad quae responderunt Ordines Generales (17), sua opinione melius esse, unum quam duos reipublicae praeesse Gubernatores Generales, quoniam rerum status ab eo

(16) De rei pecuniariae administratione conferantur *Resol. der Stat. Generael* 13 *Feb.* 1586. fol. 44—46.

(17) Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 14.

eo tempore, quo mortuus erat GULIELMUS, in pejorem venisset conditionem (18): ad hoc munus elegisse virum, Reginae subditum, cui tamen non majorem tribuerant auctoritatem quam qua Gubernatores et Gubernatrices olim ornari soliti fuissent: *dan het geen vorige Gouverneurs Generaels gehad hadden — blyvende de geheele souvereiniteit der Landen aan de Staten derzelver.* Quod autem in scriptione, qua LEYCESTRIUM Gubernatorem declarabant, (*aanstelling*), priorum Gubernatorum mentionem injiciebant, tacite significabant hos summo Imperatori obnoxios fuisse, nimirum CAROLO et PHILIPPO filio: quod si admittebatur, cum verum esset, qui munus aliquod ad alium defert, hunc majori valere auctoritate quam illum, ad quem defert, sequebatur Ordines Generales revera summi Imperatoris auctoritate fuisse, LEYCESTRIO autem suam commisisse potestatem, qua frueretur, quamdiu Ordinibus ipsis placeret, (*schoon niet onherroepelyk de souvereiniteit uitoefenende, by commissie, gelyk de vorige Gouvernenrs gehadt hadden*).

Et ita quidem se rem considerasse, Ordines postea ostenderunt.

Vi-

(18) Jam antiquitas illud docuerat; ULYSSES enim apud HOM. Il. B. 204.

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω.

Videndum igitur primo, quatenus valuerit illa Ordinum Generalium argumentatio; deinde in quibus rebus instructio Comiti data ab illis quae praedecessoribus datae erant, differret.

Itaque non dubitamus affirmare, hoc non in animo habuisse Ordines Generales, quo tempore LEYCESTRIO deferrent civitatis administrationem, quod patet ex ipsis verbis Ordinum edicti: *hem geven het hoogste gebied en absolute opperste autoriteyt in krygszaken — op het beleyd der gemeene borgerzaken 't zelfde recht als de generale Gouverneurs gehadt hebben*; quibus verbis addamus formulam jurisjurandi, quo ipsi Ordines Generales *Mandatores*, Gubernatori promittunt fidem et obedientiam, *belooyen den Gouverneur Generael der voorschreven provincien, en oppersten Veldheer te bewysen alle behoorlycke* TROUW EN ONDERDANIGHEYDT (19).

Extra omnem dubitationem esse videtur, magnum esse discrimen inter hanc electionem et praecedentes. Fidem enim tempore PHILIPPI juraverunt Ordines Gubernatoribus, nusquam vero invenimus, PHILIPPUM fidem dedisse Gubernatori a se creato et his regionibus praeposito. Mandator est et semper manet supra mandatarios. Haec quidem regula hanc habet exceptionem: si mandatum ejusmo-

(19) Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 8.

modi est, ut mandator vel proprio consensu vel vi coactus se ipsum mandatarii potestati submittit.

2°. Tempore CAROLI V creatio non fiebat mutuo pacto et consensu, sicut inter Comitem LEYCESTRIUM et Ordines Generales d. 1 Febr. aô. 1586. CAROLUS Imperator agebat pro summa sua potestate in subditum. Non Imperator ab una, et ab illo electus Gubernator ab altera parte mutuo jurejurando se obstringebant, ut initum pactum observarent, uti nunc accidit: *Zyne Excellentie sal den eed behoorlyck doen, en de Staten sullen in naam van allen de provincien — Zyne Excellentie den eedt van getrouwheyt doen.*

Si vera fuissent responsa Ordinum Generalium, procul dubio Comes LEYCESTRIUS se Ordinibus obnoxium esse confessus esset; nunc contra si inspicimus verba jurisjurandi, apparet, Comitem a nemine se secundum habuisse, nisi a Regina, cui esset subjectus, *behoudens de behoorlyke hulde en trouwe aan de Koninginne van Engelandt onse Souvereine Princesse.*

Quodsi verba supplicia, quibus alloquebantur Comitem Ordines, conferamus cum imperioso Comitis responso, vix amplius dubitari potest, quin nullam eo tempore habuerint Ordines auctoritatem. *Doorl. Hooggeb. Furst. genadige Heer; wy gebieden ons onderdaniglyk ten dienste van U Furstelycke Gena-*

nade. (20) *Wy hebben ontfanghen d' ootmoedelycke supplicatien van de Burgemeesteren en regheerders van de ses dorpen — doen te weeten dat wy de saecken voorsz. overgemerckt ende hierop gehadt het advys van die van de reekeninghe van Hollant — by advys van den Raat van State neffens ons gecommitteert ontbieden en beveelen de Staten van Hollant ende Zeelant* (21).

Inquiramus nunc quomodo novus electus Gubernator Generalis sua auctoritate usus sit.

Innumera fere edicta renunciavit LEYCESTRIUS, quae omnia documenta sunt absolutae ejus potestatis. Unum eorum afferemus, quia in illo edicto quaedam constituit Comes, de quibus antea harum regionum Principes nusquam nisi audito consilio Ordinum, propter varia commoda variarum provinciarum statuere ausi erant.

Edictum significo de valore monetae, de syngraphis, de argentariis (22) die 4 Aug. edito, quo de novorum nummorum confectione decernebatur, nullaque admittebatur moneta, nisi quae in Gelria, Hollandia, Zeelandia et Trajecto cudebatur pari

ra-

(20) Vid. *Resol. van Holl.* 10 *April* 1586. fol. 176.

(21) Vid. *Oudt Plakaat Boek*, D. I. fol. 99.

(22) Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 45—50. *Groot Plakaat Boek*, D. I. fol. 2604.

ratione. Hujus edicti statuta imprimis salutaria erant omnibus provinciis, a nemine tamen alio quam a LEYCESTRIO promulgatum fuit: LEYCESTER *by deliberatie van den Raad van State neffens ons geordonneert, hierop gehoort de generale Muntmeesters der provincien.* Ita simul finem imposuit omnibus querelis, quae jam diu flagrabant de privilegiis diversarum urbium (23).

Uno verbo Comes LEYCESTERIUS erat caput regiminis omnium provinciarum, quae Unione Ultrajectina adhuc junctae erant.

In legibus ferendis absolutam exercebat auctoritatem, nullis restrictam instructionibus. Hinc etiam cum Ordines illi opponerent certa quadam occasione instructionem eo tempore factam, quo imperii administratio illi deferretur, respondit Comes, *in allen gevalle daer aan niet gebonden te syn* (24).

Ut in rebus civilibus, ita etiam in bellicis LEYCESTRII auctoritas superabat potentiam Gubernatorum Generalium tempore CAROLI V et PHILIPPI.

Edictis enim ejus nomine editis de rebus militari-

(23) Vid. *Resol. van Holl.* 7—17 *Maart* 1586. fol. 108.
(24) Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 31.

ribus (25) vidimus illum solum neminemque alium de re militari statuere potuisse, uti constitutum erat in foedere cum Anglis inito, adeo ut solus praeesset copiis Belgicis et Anglicis; ut solus curam ageret muniendarum et obsidendarum urbium. Copias tamen conscribere non poterat nisi auditis Ordinibus Generalibus et *Concilio*.

Itaque ab hac parte res gestas Comitis LEYCESTRII et Ordinum Generalium inquirentibus prima oritur quaestio: quaenam erat inter se provinciarum Gubernatorum et Gubernatoris Generalis ratio? num in omnibus rebus illi subjecti erant; an primo loco obedire debebant jussis Ordinum provinciarum? aliis verbis: an Comes VAN NIEUWENAAR ab Ordinibus Generalibus Gubernator Provinciae Transisalanae electus, conditionibus ab Ordinibus Transisalanis propositis die 18 Septembris 1584: (*dat hy geene patenten tot doortocht mogt geeven of ontvangen buiten raatpleging van de lantschap; geene besetting liggen in steeden, buiten toestemming van Raad en gezworen gemeente*) (26) parere debuit, postquam a LEYCESTRIO Comite confirmatus fuisset, illique fidem et obedientiam juravisset?

(25) Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. I. fol. 1082, 1038, 1092, 1144.

(26) Vid. DUMBAR. *Tegenwoord. Staat van Overyssel*, D. I. p. 216.

set? Nonnulli putabant, Comitem, cum privilegia hujus provinciae tueri deberet, instructioni Comiti VAN NIEUWENAAR datam obtemperare debuisse.

Nos quidem oppositam amplectimur sententiam, et putamus, memorata verba, (*dat hy geene patenten*) etc. vim habuisse usque ad electionem LEYCESTRII.

Constat quidem, LEYCESTRIUM confirmavisse instuctionem NIEUWENARII nusquam tamen apparet illum promisisse ut hanc clausulam observaret.

Haec enim verba non habenda sunt pro privilegio provinciae Transisalanae, jurejurando confirmato, verum pro clausula derogatoria, quae propter temporum opportunitatem instructioni inserta fuerat; neque invenitur in instructionibus praedecessorum Gubernatorum; numquam etiam approbare potuerat illam clausulam, quia valde contraria erat verbis instructionis suae: *gegeven hebben het hoogste gebied en absolute auctoriteyt in de saaken van oorloge*; quibus illi deferebatur summa in re militari auctoritas. Si Comes LEYCESTRIUS, ex. gr. e plenitudine suae potestatis Comitem NIEUWENARIUM jusserat, ut copias in Transisalanam duceret provinciam, hoc mandato NIEUWENARIUS ut Gubernator provincialis, qui obedientiam Gubernatori Generali promiserat, tenebatur; ab altera parte se-

cundum verba instructionis anno 1584 datae, illas copias in provinciam admittere non poterat, antequam consensum dederant magistratus provinciae Transisalanae.

Itaque abunde patet, hinc oriri officiorum controversiam.

In saepius jam allato foedere, die 1 Febr. 1586, haec inveniuntur: *dat hem gegeven wordt volle macht en volstrekt gebiedt in het stuk van den oorlogh — over alle particuliere Gouverneurs der provincien — welken allen sullen Syne Excellentie eedt doen en metter daadt volle gehoorzaamheydt bewysen;* et Ordines Generales, quum Comiti LEYCESTRIO rerum administrationem deferrent, Gubernatoribus provinciarum, sequentibus verbis, mandarunt, ut in omnibus illi obedirent: *syne beveelen soo in krygs als politische saken te gehoorsamen sonder tegenspreeking; niettegenstaande alle andere toelatingen, decreeten en beveelen van* ONS *of door onse autoriteit hier bevorens uitgegaan* (27),

Disertis igitur verbis priora decreta rescindunt; quodsi haec, nostra opinione, tam perspicua verba attente considerantur, merito rogatur, quomodo Ordines Hollandiae postea perhibere ausi sint, MAURITIUM Hollandiae Gubernatorem sibi in rebus mi-

(27) Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 7.

militaribus parere debere, et ex suo arbitrio pendere, utrum mandata LEYCESTRII in provincia ab illo exsequenda essent (28).

Quaenam eo tempore fuit ratio inter se Ordinum Generalium et Ordinum singularum provinciarum? Haec quaestio statim unicuique oritur, qui consideraverit auctoritatem Comiti LEYCESTRIO concessam.

Assentimur hac in re celeberrimo jurisconsulto illius temporis (29), Ordines in sua singulos provincia absoluta fuisse auctoritate, ibique summos fuisse imperantes: adeo ut non liceret Ordinibus Generalibus se immiscere rebus, quae privata singularum provinciarum commoda spectarent.

Verum inquirendum videtur, an tempore Comitis LEYCESTRII publica opinio congrueret cum sententia GROTII, an ab ea differret: videlicet quaerendum est, utrum Ordines Generales et singuli Ordines Provinciarum Grotianam amplecterentur doctrinam.

Et nos quidem nulli dubitamus, quin eo tempore

(28) Nonnulli Ordinum Hollandiae (*de Gecommitteerde Raden*) inter alia delegatis in Ordinum Generalium conventum scripserunt, die 22 Junii 1586: *na dat de landen in alles volkomen authoriteyt Syne Excellentie in handen hebben gestelt.* Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 30. Quomodo haec declaratio cum sententia Ordinum Hollandiae concilianda sit, non intelligimus.

(29) Vid. HUGO GROTIUS in Apologia sua, Cap. I.

re communis fuerit sententia, summam auctoritatem penes Ordines Generales fuisse.

Haec jam fuerat opinio tempore GULIELMI I, qui cum mortuus esset, Ordines Generales jam declaraverant; *Dat sy verstaan te wesen nu ter tydt de Hoogste Overicheyt ende egheene boven heur en kenden* (30) et postea cum quaedam decernerent de eligendis magistratibus in Frisia, die 19 Nov. 1585, iidem Ordines Generales declaraverunt: *dat by last en volmacht van den Magistraet en gezworen gemeente van Leeuwaerden, sy versocht waren — dat wy beneffens wien is de* SOUVEREINITÉ *en de* HOOGHE OVERICHEYT *van de landen daarinne willen versien.* — Sequitur: *soo hebben wy Staten Generael representeerende die* SOUVEREINITÉ *ende* HOOGHE OVERICHEYT *van de geunieerde provincien geordonneert — onverkort ende voerbeholden den voerz. Stads andere voergaende Privilegien* (31). An disertius opinio illorum temporum explicari possit?

Multae querelae eodem tempore ortae sunt inter Ordines Generales, Comitem LEYCESTRIUM et singulos Ordines provinciarum; nihil tamen memorabilius accidit, quam quae locum habuerunt cum

(30) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 3 *Aug.* 1584. fol. 254.

(31) Vid. *Charterb. van Friesland.* D. IV. fol. 665.

cum PAULO BUYS, olim Advocato Ordinum Hollandiae. Hic anno 1572 Ordinum Advocatus electus, postea, impetrata dimissione, *Concilio* adscriptus fuit et legatus in Angliam missus est. Cum in patriam rediisset, in *Concilium* LEYCESTRII admissus est. Comes vero, quum mense Junii, *Concilium* de re pecuniaria (*Raedt van Finantien*) instituere vellet, PAULUM BUYS huic *Concilio* adscribere voluit (32). Cujus illi tamen particeps esse noluit; sive quod societatem cum Gubernatoris cliente REYNGOUT aspernaretur, sive quod illorum amplecteretur sententiam, qui judicarent, Comiti non licere sine Ordinum consensu hoc instituere Collegium. Ut ut est, constat, aegre tulisse LEYCESTRIUM.

Die 19 Julii anno 1586 LEYCESTRIUS vixdum Trajectum reliquerat et cum *Concilio* in Hollandiam profectus erat, quum repente PAULUS BUYS domi deprehensus et in carcerem abductus est, chartae literaeque ejus obsignatae et asportatae sunt.

Haec omnia nomine Comitis fiebant, quamvis postea, quum videret Ordines Hollandiae illud aegre ferre, suo jussu factum esse negaverit. Captivus quamvis Amersfordiae natus, nunc Hollandus minister et provinciae Hollandiae in *Conci-*

li-

(32) *Bewindsman der Geldmiddelen. Commis der Finantien.*

lium delegatus erat. Nihilominus diu Trajecti in vinculis detentus, tandem jubentibus Ordinibus Generalibus *clam* dimissus est (33).

Videamus igitur, quantae contentiones ortae sint ex hoc Ordinum Generalium facto.

Quum diu Trajecti captivus mansisset, uxor et liberi cum libello supplice Ordines Generales adierunt, petentes ut illum liberari curarent (34), qui mox longam epistolam miserunt (35) praetori Trajectino (*Schout*) GERARDO VAN REMUNT, captivo libertatem reddendam esse jubentes.

In his litteris haec quoque scribebant: *alsoo meester* PAULUS BUYS *niet weetende wie syne party is; en door niemandt beschuldigt wordt, sich aan ons heeft geadresseert als representeerende de Hooghe Overicheyt; en wesende de Voorstanders van de Privilegien Rechten, Vrydommen, Tractaten en Unien van den Landen; soo ordonneeren wy dat gy den voorsz.* BUYS *van syne gevanckenisse ontslaet* (36).

Huic

(33) Fusius hanc rem exponit BOR. Lib. XXI fol. 34.

(34) Mirandum nobis videtur hoc ab Ordinibus Generalibus petivisse mulierem, cum potius petendum fuisset ab Ordinibus Trajectinis, qui summam in sua provincia exercebant auctoritatem.

(35) Vid. BOR. Lib XXII. fol. 16.

(36) Illas ab Ordinibus Generalibus conscribendas litteras imprimis urgebant delegati Ordinum Hollandiae, quum in horum coetu statutum esset, petitionem esse concedendam. Vid. *Resol. van Holland* 17 *Jan.* 1587. fol. 12.

Huic mandato obtemperavit praetor, ita ut *clam* liberatus sit BUYSIUS, non vero more solito, velut qui e carcere dimittitur jussu summi imperantis, verum sicut ille, qui culpae conscius e carcere evadit, ut imminentem poenam effugiat. BUYSIUS igitur clam Trajecto relicto, trans moenia fugam capessens, ad Hollandiae fines pervenire conatus est; ita ut Trajectini illum frustra persecuti sint. Paulo post Hagam Comitis venit, ubi in coetu Ordinum Generalium praestitit *cautionem juratoriam de judicio sisti sub poena convicti*.

Putet forte quis, Ordines Generales secundum sententiam, quam in litteris ad praetorem missis enunciaverant; ubi se vocant *de Hooghe Overicheyt*; hic substitisse, quippe qui nihil nisi licita fecissent. At vide, quam parum haec eorum opinio firma fuerit. Iidem, qui paucis ante diebus se vocaverant *Voorstanders van de Privilegien der landen*, in coetum *Concilii* ultro venerant, rationes expösituri, cur BUYSIUM e carcere solvissent sine consensu *Concilii*. (*Sonder den Raet te moeijen*) (37).

Sine dubio, nostra quidem opinione, Ordines Generales impotenter egerant, neque captivi liberatio ab iis pendebat.

Pri-

(37) Vid BOR. Lib. XXII. fol. 27.

Primo enim, ut supra jam vidimus, administratio justitiae omnisque hac in re auctoritas Comiti LEYCESTRIO delata fuerat: nemini igitur praeter eum ejusque *Concilium* facultas erat solvendi captivi; quod Ordines tacite ipsi agnoscere videntur, significantes se hoc fecisse *sonder den Raet te moeijen.*

Si enim *Concilium* his in rebus statuere poterat, tunc certe Ordines Generales jus non habebant. *Concilium* electum erat, ut Comitem in imperii administratione juvaret; omnem vero suam dignitatem illi acceptam referebat. Itaque quum confiterentur Ordines, *Concilium* hac in re auctoritate valere, confitebantur quoque tacite, Comitem illam auctoritatem habuisse. Et si hoc verum est, Comitem hac in re statuere potuisse, (de quo dubitari non potest) tunc Ordines Generales nullam in captivum habebant auctoritatem; quia omnis rerum civilium cura ad LEYCESTRIUM Comitem pertinebat.

Caeteroquin in litteris scripserunt Ordines, se hoc jubere, quippe summa auctoritate praeditos: *als synde de Hooghe Overicheyt.*

Itaque confiteri videntur neminem alium illo jure frui.

Quod si vel in ipso edicto Ordinum non legeretur: *dat sy hem* (LEYCESTER) *gegeven hebben het Hooghste Gebiedt en absolute opperste auctori-*

teyt

teyt (38) neque nunc iidem Ordines se appellavissent *de Hooghe Overicheyt*, cum tamen paulo ante fidem dedissent Comiti, nihilominus affirmare auderemus, Ordines Generales eo tempore in epistolis quidem ita sese vocasse, non tamen revera fuisse: absurdum enim foret, si ille, qui rerum caput sit, rationes subditis reddere deberet. Ordines Generales igitur eo tempore, respectu justitiae administrationis, summam auctoritatem non habebant. Ipsi confessi erant, illum solum, qui summa auctoritate esset praeditus, captivum liberare posse: itaque solus Comes LEYCESTRIUS captivum PAULUM BUYS liberare poterat.

Praeterea animadvertendum etiam est, Ordines Generales, qui hanc sibi potestatem vindicarent, non aperte liberasse captivum, sed curase ut clam effugeret (39). Nostra opinione, ut jam diximus sua

(38) Vid. supra p. 144.

(39) Memorabilis apud Borrium exstat de hac re epistola a Magistratibus Trajectinis Ordinibus Generalibus scripta. Ubi legimus:

Uwe Edelen dragen sich in desen als representeerende de Hooghe Overicheyt, denwelken nochthans niet betaamt, eenige gevangens by heimelyken praktyken te ontslaan. De Hooghe Overicheyt heeft allen Magistraten van Steden in gerechtige saken te gebieden; en doet alles met forme van recht sonderlinge in saken van Justitie. Representeeren nu de Staten Generael, de Hooghe Overicheyt, waarom hebben sy aan ons niet geschreven; dat wy niet gedoogen souden den voorsz Buys langer in onse gevan-

ke-

sua potestate abusi erant et privilegia urbis et provinciae Trajecti violaverant.

Eamdem amplexi sunt sententiam magistratus Trajectini, qui inter alia sequentibus verbis conquesti sunt apud Ordines Generales: *dat de Justitie te kort gedaen was; onse gevankenisse gevioleert, syn Excellentie* (LEYCESTER) *syn auctoriteyt gekrenkt, en 't geen nooit Vorst of Prince. hoe tyrannig, in dese Stad gedaen heeft.* (40)

Quaenam fuit opinio Ordinum Hollandiae respectu auctoritatis Ordinum Generalium hac in re? Non putaverunt PAULUM BUYS provinciae Hollandiae ministrum in jus vocandum esse ad tribunal Hollandicum: cupiunt enim, Ordines Generales, quasi summos imperantes (*Souvereinen*) jubere illum liberandum esse, quia per 6 menses

kenisse gehouden te worden. Maar is er dan gheen Gouverneur van de landen, denwelcken Uwe Ed. principalyk het beleyd van Justitie in handen gestelt hebben. Wy weten wel dat Uwe Ed. meesters sulken macht Uwer Ed. niet gegeven hebben, noch hebben konnen geven, dewyle sy en wy Zyne Exc. het bewind van de Justitie In handen hebben gestelt — doch alware sulcks niet, soo willen wy Uwer Ed openbaren, dat wy gheene noch Generale noch Partikuliere Staten erkennen, die in onse Stadt over sulke en diergelyke saken sich te bemoeyen hebben. Vid. BOR. Lib. XXII. fol. 27.

(40) Vid. BOR. Lib. XXII. fol. 28. cum scriptore anonymo operis, cui titulus est: OLDENBARNEVELDTS *eer verdedigd* 1773.

ses, causa indicta, Trajecti captivus fuerat.

Non querebantur provinciae Hollandiae Ordines jurisdictionem violari; potius confiteri videbantur, auctoritatem urbis Trajecti, respectu justitiae administrationis, infra auctoritatem Ordinum Generalium censendam esse (41). Ex actis authenticis Ordinum Hollandiae (42) igitur apparet, Ordines Generales justitiae administrationem exercuisse in civem dignitate eximium; quod negabant Trajectini, qui putabant neque Ordines Hollandiae neque Ordines Generales, solum vero Gubernatorem Generalem justitiam exercere posse. (43)

Igitur quae hac occasione acciderunt, praecipuae fuerunt causae discordiarum, quae postea inter Comitem et Ordines intercesserunt.

Jam e supra memoratis vidimus Gubernatorem Generalem *jure* praefuisse Ordinibus Generalibus; vidimus tamen ab eo inde tempore, quo hominum prima erga LEYCESTRIUM studia deferbuissent, poenituisse Ordines, quod tantam auctoritatem

(41) Haec sententia Ordinum Hollandiae eo magis notanda videtur, quod plane opposita est illi opinioni, quam triginta annos post occasione judicii BARNEVELDII professi sunt.

(42) Vid. *Resol. van Holl.* 17 *Jan.* 1587. fol, 12.

(43) Quamvis hoc casu Ordines Generales justitiae curam agere non debuissent, tamen nostra opinione casus existere poterat, cujus cognitio ad solos Ordines Generales, non vero ad Ordines singulos provinciarum pertinebat; ut infra videbimus.

tem Comiti tribuissent, et quovis pacto conatos fuisse amissam recuperare potentiam. Hanc ob causam etiam TEMPLIUS statuit (44), Ordinum Generalium Conventum ab eo tempore perpetuum fuisse, quo Angli conventui *Concilii* adfuerunt, quamvis antea solummodo convenirent Ordines Gegerales quoties convocabantur (45).

Jam nunc, uti nobis proposueramus, Ordinum Generalium tempore Comitis LEYCESTRII historiam conscripsimus, finemque huic capiti commode essemus imposituri, nisi nobis memoratu dignae viderentur dissensiones inter Comitem et Ordines: quae quotidie crescentes tandem effecerunt, ut ab im-

(44) *Observ. over de Vereenigde Nederlanden* Cap. 2. Qua in declaratione erravisse videtur auctor. Cum enim *Concilio* anno 1588. delata fuisset reipublicae cura, abierunt Ordines Generales, et non nisi post tres menses, illos iterum convocavit *Concilium.* Conventus Ordinum Generalium anno 1591. mense Novembri; conventus 23 Martis 1592 abiit 25 Decembris; et per sex menses non convenerunt Ordines. Ab eo quidem tempore Ordinum Generalium conventus non iterum discessisse videtur. Vid. *Resol. der Stat. Generael* 1 *Sept.* 10 *Dec.* 1588. 9 *Jan.* 21, 29 *Nov.* 12 *Dec.* 1591. 24 *Juny* 1593. *post prandium. Resol. der Raad van State* 17, 30 *Sept.* 8, 20 *Oct.* 10 *Dec.* 1588 18 *Maart*, 29 *April*, 25 *Mey* 1593. Vid. S. VAN LEEUWEN *Batav. Illustr.* fol. 1485.

(45) Vid. S. VAN SLINGELANDT, *Staatk. Geschriften* D. II. p. 160. *Resol. der Stat. Generael*, 9 *Jan.* 1580. 14, 17, 20 *Juny* 1581. 5 *Mey* 1582. 12 *Mey* 1583.

imperio desisteret LEYCESTRIUS, illudque Ordinibus traderet.

Non Ordines Generales, verum Ordines singularum provinciarum et imprimis Hollandiae de quibusdam rebus cum Comite lites agitaverunt; et primo quidem mense Julii anni 1586, cum Ordines Hollandiae et Zeelandiae LEYCESTRIO multa proposuissent de edicto, ab illo de navigatione edito (46). His precibus, (quibus illum adierant Ordines, uti in illorum actis dicitur, *met behoorlyke reverentie*) (47), paulo post respondit LEYCESTRIUS, novumque hac de re promulgavit edictum. Brevi post Ordines ampliores questus effuderunt, quorum eo majus est momentum, quo ex illis facilius intelligitur natura querelarum, quae Hollandis oneri erant, et ex responsis LEYCESTRII, potestas, quam ipse habere putabat (48).

Causa movens erat (49) edictum ab illo editum, quo augebat tributa, quae dicebantur *Convooi Gelden*, quamquam consensum Ordines non dederant. Hanc a LEYCESTRIO factam promulgationem viola-

(46) Vid. *Resol. van Holl. July* 1586. fol. 277. et seqq. BOR, Lib. XXI. fol. 45.

(47) fol. 280.

(48) Animadvertendum est WAGENARIUM, Tom. VIII. p. 165. obiter de illis quaestubus locutum esse.

(49) Vid. *Resol. vau Holl.* 22 *July* — 9 *Aug.* 1586. fol. 288.

lationem privilegiorum fuisse putabant Hollandi.

A Comite quidem responsum fuit, Ordines semper petita subsidia concedere, numquam vero concessa subsidia dare: petebat enim ab Ordinibus, ut huic morae finem facerent, addens: *dat hy geld begeerde, want dat hy niet geholpen, noch het land te redden was, met beloften op papier.*

Sequentia praecipuae sunt animadversiones ab Hollandiae Ordinibus factae, et responsa a Comite ad illas data, quae fusius enumeravit BORRIUS (50).

Ajebant enim Ordines, foedere cum Regina facto pactum fuisse, ut Gubernatores urbium pignori datarum, curam politiae gererent, Ordinesque in illis res civiles administrarent; contraria tamen fecisse Gubernatorem urbis Brielae.

Huic questui Comes se provisurum esse pollicitus est.

Porro animadvertunt Ordines articulis 16, 17, 18, 19, 20 foederis, curam reipublicae commissam fuisse Gubernatori Generali et *Concilio*, cui duo Reginae subditi adesse poterant; Comitem cum *Concilio* rem pecuniariam administrare posse; Praefectum vero aerarii et Quaestorem ab Ordinibus Generalibus eligendos. Addebant porro Ordines, si

(50) Lib. XXI. fol. 48—50.

si credere potuissent, Comitem alium percipiendi modum instituere voluisse, lubenter se concessuros fuisse; verum querebantur nunc omnia, quae ad rem pecuniariam pertinerent, immutata fuisse et ignorantibus Ordinibus Generalibus, Collegium institutum fuisse (*eene inrigting van de finantie*), quod anno 1580 abrogatum fuerat; administrationem praeterea datam fuisse viro, qui jam tempore Hispanorum sibi infamiam contraxerat, quem omnes patriae amore imbuti abhorrere debebant, ita ut haec electio discordiam inter Comitem, Ordines Generales, et provinciarum Ordines excitare deberet (51).

LEYCESTRIUS respondit, collegium aerarii interim institutum fuisse, attamen supremam cum *Concilio* exercere hac in re auctoritatem: (*de superintendentie en dispositie te houden*,) offerens propter ab Ordinibus allatas rationes, ut ipse susciperet administrationem rei pecuniariae provinciae Hollandiae, cum nihil facere vellet, quam quod gratum Ordinibus esset futurum: *niet meer begeerende dan de Staten te voldoen.*

Hae

(51) Hinc explicare possumus responsum supra memoratum PAULI BUYSII, qui nullis conditionibus cum REYNGOUDIO rei pecuniariae curam suscipere se velle ajebat. Vid. *Acte van beschuldiging tegen* J. REYNGOUDT, apud KLUIT, *Histor. der Hollandsche Staatsreg. Bylag.* D. II. p. 525. et seqq.

Hae praecipuae Ordinum objectiones fuerunt, quae multum conferunt ad temporum horum difficultates explicandas, ita ut judicium de illis ferendum benevolo relinquamus lectori. Videntur nobis tamen preces Hollandiae, quamvis plerumque justae, confirmare ea, quae jam antea de suprema Comitis auctoritate statuimus: cum ab altera parte responsa LEYCESTRII multa ab Ordinibus objecta solvisse videantur.

Animadversiones suas ulterius explicaverunt Hollandiae Ordines, die 11 Novemb. 1586: quam explicationem comiter accepit Gubernator Generalis (52), etsi continebat plura opinioni Ordinum Generalium contraria, vel auctoritati LEYCESTRII nimis adversantia (53).

Non

(52) Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 58, 59.

(53) Necesse nobis videtur corrigere narrationem, uti invenimus apud WAGENARIUM, Tom. VIII. p. 175. Secundum illum enim, culpam confessum fuisse Comitem, putandum esset. Postquam ille enim cum nonnullis delegatis Ordinum de factis precibus locutus esset, dicit WAGENARIUS: „*de Graaf met hen in gesprek getreeden*, VERSCHOONDE *sommige punten van bezwaarnis*, VERDEEDIGDE *anderen*, EISCHTE *op anderen nadere opening die hem gegeven werdt.*" BORRIUS contra dicit: *nadat Sy ter Ordonnantie van Syne Exc. geseten waren; is hem aangeseyt, dat hy gevisiteert hebbende de Remonstrantie, hem van de voorsch. provincien doen ter hand stellen, soo hadde hy* GOEDGEVONDEN *op eenige poincten nadere verklaring van de Staten te verstaen;* OM DES TE BETER DAEROP TE MOOGEN DIS-

Non diu post tamen ipse Comes in Ordinum Generalium conventu questus est de Ordinibus Hollandiae. Illi enim, ajebat, soli erant, qui non ab eo petiverant, ut, dum in Anglia abesset, iterum Reginae summum offerret imperium. Nihil aut pauca saltem responderunt Ordines Generales: *dat hen leed deedt, dat syne Excellentie kwaad denkbeeld van Holland en Zeeland hadt opgevat:* praeterea actus provinciae Hollandiae excusaverunt, addentes mirari, ceteras provincias Reginae obtulisse summam imperii administrationem, cum secundum Unionem Ultrajectinam Ordines Generales soli foedus cum exter-

DISPONEEREN." Ex his verbis BORRII, nullo modo culpam confessum fuisse; verum more solito imperiose respondisse LEYCESTRIUS nobis videtur. Paulo post Ordines Generales dixerunt: *Overmits Syluiden opinie hadden, dat syne Excellentie eenig miscontentement van de Staten hadden, 't sy uit oorsake van de Remonstrantie van de Staten van Holland en Zeeland, syne Excellentie met behoorlyke reverentie gepresenteerd; daarom Syluiden van harte bedroefd waren; alsoo nyemant van de Staten oyt meeninge gehad hadde, by eenig middel Syne Excell. eenige oirsake van miscontentement te geven. — Baden daeromme Syne Excellentie 't selve versekerlick te willen gelooven — dat sy in alles souden arbeyden, Syne Excellentie contentement te doen geeven.* Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 70. et F. P. BYLEVELD vir cons. et amiciss. in *Dissert. Historico Juridica Inaugurali de Comite* LEYCESTRIO, p. 36. Lugd. Bat. 1819. Caeterum haud semel a vero aberravit WAGENARIUS. Conf. porro quae de pace Gandavensi narrat BORRIUS cum narratione WAGENARII, qui totum articulum 8 hujus pacis omisit.

terno Principe facere possent.

Paulo post in Angliam profectus est LEYCESTRIUS, postquam Ordines Generales decrevissent, consentiente Comite: *dat het geheele Gouvernement van alle de geunieerde provincien gesteld soude worden zoo het burgerlyke als het krygsbewind in handen, van den Raad van State, doch alles op naam van* LEYCESTER*: — dat alle garnisoenen door den Raad verandert, ende patenten geteekend souden worden: en dat niemant anders sich hiermede sal moogen bemoeyen, niettegenstaande eenige commissien of beveelen ter contrarie, maar blyvende het beleyd des oorlogs te water en de middelen daertoe aan den Admiraliteyt* (54).

Vidimus omnium discordiarum inter LEYCESTRIUM et Ordines causas fuisse diversas opiniones, quas utrique de exercenda summa auctoritate ferebant. Ordines quidem putabant, Comitem sibi nimiam potestatem arrogavisse; LEYCISTRIUS vero Ordines accusabat, quod imminuere volebant auctoritatem, quam ipsi Ordines sibi tribuerant.

Non immerito ita de illis judicavisse Comitem, inde apparet, quod statim post ejus abitum, provinciarum Ordines auctoritatem amissam recuperare qua-

(54) Vid. BOR, Lib. XXI. fol. 74.

quavis ratione studuerunt.

Hollandiae Ordines ex. gr. a BARNEVELDIO excitati, qui eo quidem tempore MAURITII Principis auctoritatem augere cupiebat, declarationem ediderunt, qua, statuerant in provincia Hollandiae neminem MAURITIO antecellere (55).

Quum paulo post certiores facti essent, die 31 Jan. 1587, hostem urbem Daventriam occupavisse, Ordines Hollandiae multa moverunt ad provinciam suam defendendam, ignorante *Concilio* (56), et die 16 Febr. MAURITIUS Princeps, illis petentibus, omnibus rusticis veniam concessit omnes copias fugandi praeter suas, Comitisque VAN HOHENLOO: *die aldaer jegenwoordich zyn en verder koomen sullen*, *sonder patente van syne Excellentie* VAN NASSAU *of den Grave* VAN HOHENLOO.

Quae

(55) *Dat er geene personagie is in dese landen van meerder respect noch qualiteit, als den Grave* VAN NASSAU. *Resol. van Holl. Nov.* 1586. fol. 497.

(56) Vid. *Resol. van Holl.* 31 *Jan.* 1587. fol. 84. seqq. *stelden een der Edelen, den Advokaat* BARNEVELDT, VAN DER MEER, VRANK *en* MAALSON *aan, om den Raad van State aantedienen; dat Syne Excell.* VAN NASSAU *hadt noodig bevonden die van den Raad van State te insinueeren, dat sy geen kennis wilden neemen op de verandering van de garnisoenen binnen den lande van Hollandt: gemerckt Syne Excellentie met de Staten van Hollandt daarinne van meeninge waren te voorsien.* Vid. REYD Lib. VI. fol. 101.

Quae concessio sine dubio illicita erat, cum plane opposita esset illis, quae statuerant Ordines Generales de administratione, absente Comite: *dat de patenten door den Raadt van State geteekent sullen worden*, cum praeterea, etsi nihil statutum fuerat, tamen secundum Unionis art. 3, Ordines Generales statuere deberent de omnibus, quae ad defensionem provinciarum pertinebant. Decreverunt etiam Hollandiae Ordines formulam jurisjurandi, quod praestare deberent omnes copiae, quibus in Hollandia praeerat MAURITIUS. Quo in jurejurando nihil statuitur de fide servanda Comiti LEYCESTRIO et *Concilio;* solum dicitur copias fidem jurare Ordinibus Generalibus et Ordinibus Hollandiae. (57) De hoc jurejurando WAGENARIUS (58) immerito, ut nobis videtur, scripsit: *de byzondere Staten toonden, hoe groot een gezag zy zich in hun gewest toeschreven; en welken weg*

(57) Verba sunt: *van gehouw en getrouw te syn aan de Staten Generaal van de Vereenigde Nederlanden; die by de Unie en handhouding van de ware Christelyke Religie sullen blyven; en met name de Staten van Hollandt en Zeelandt — den Heere* MAURITS *als Gouverneur Generaal; den Grave* VAN HOHENLOO *als Luitenant Generael gehoorsaem te wesen.* Vid. *Groot Plak. Boek*, D IV. fol. 85. Cujus jurisjurandi apud plerosque historicos nulla reperitur mentio, quum contra BORRIUS, HOOFTIUS, WAGENARIUS perperam affirment, in illo novo jurejurando a militibus praestando, fidem LEYCESTRIO datam servatam fuisse.

(58) *Histor. Patriae*, Tom. VIII. p. 205.

weg zy dachten te houden, om 's lands regeering op eenen beteren voet te brengen; quae verba primo loco nimis generalia sunt, cum videamus, Hollandiae provinciam solam hoc decrevisse jusjurandum: praeterea non intelligimus, quomodo actiones, quae ad perturbandam rempublicam faciant, vocari possint *eene poging om op beteren voet te brengen.*

Decretis Ordinum Hollandiae rempublicam perturbari debuisse, nemo non facile perspexerit: nam si non solam Unionem respicimus, verum etiam auctoritatem Gubernatori Generali tributam, apparet, omnes quidem provincias eadem jura habuisse, quorum nonnullis non nisi communiter uti poterant provinciae; verum vidimus quoque, propter auctoritatem LEYCESTRIO et *Concilio* concessam, Ordinibus non licuisse ut de militia et Gubernatoribus statuerent, dum illi fruerentur auctoritate quam supra descripsimus (59). Mandata igitur, quae ab Ordinibus Hollandiae decernebantur, contraria esse poterant mandatis Gubernatoris Generalis et *Concilii*; et quis praevideat turbas, quae in imperio excitari possunt ex controversis decretis summi imperantis?

Num-

(59) Vid. KLUIT, *Historie der Holl. Staatsreg.* D. II. p. 258—269.

Numquam Ordines singularum provinciarum, qui respectu Gubernatoris Generalis privati homines erant, ut Regina Angliae illis objecit (*partikuliere persoonen*) (60), curam gerere poterant rerum ad totam civitatem pertinentium.

Quodsi enim tanta potestas illis daretur, idem fieret ac si cives officiis erga magistratus solverentur, aut ipsa haec officia opinioni singulorum civium submitterentur atque ex horum arbitrio penderent; et quis neget hoc modo futurum esse ut maxime salutaria summi imperantis consilia, totaque salus publica evertantur (61).

Ab utraque igitur parte culpam fuisse credimus; quamquam praecipue de Ordinibus merito querebatur Comes LEYCESTRIUS (62).

Videamus nunc quae acciderint, postquam Comes in patriam nostram ex Anglia rediisset.

Jam mense Maji LEYCESTRIUS Trajectum litteris scripserat, se mox cum majori exercitu esse redditurum, promittens se veteres injurias esse oblituturum.

Quibus auditis Ordines Generales apud legatum Anglicum questi sunt, illos qui maxime a partibus

Co-

(60) Vid. BOR, Lib. XXII. fol. 16.

(61) Vid. Cl. KLUIT. in laud. oratione, *Over het misbruik van het algemeen Staatsrecht*, L. B. 1787. p. 85 et seqq.

(62) Vid. KLUIT, *Hist. der Holl. Staatsreg.* D. II. p. 157 — 318. et Cons. F. P. BYLEVELD in laud. dissertatione p. 42.

Comitis stabant, eorum auctoritatem minuere conari, quum inter alia scriptis publice editis, dicerent: *dat het land ligter en beter sou geregeert worden sonder Staten, dat de regeering niet sou deugen, soo lang de Staten in eenige authoriteyt waren, dat het maar eene Staat is van onweetende en mechanique luyden; dat hunne auctoriteyt was geusurpeert en eene tyranny over de gemeente*, AAN WIE DE SOUVEREINITEYT TOEBEHOORDE (63), *en niet den Staten, welke maar dienaars waren* (64); ad quem libellum refutandum, Ordines Generales sequentibus memorabilibus verbis originem auctoritatis suae exponunt: *hunne Commissie komt niet van het Volk of Gemeente, maar van de Edelen en Magistraten, gemachtigt uit de principaalste der steden; ja sulcks gemachtigt, dat niet een mensch in Hollant en Zeelant in 15 jaren herwaerts gebrekig is gevonden, hunne resolutien te gehoorsamen* (65).

Ne diutius haereamus in variis questubus, quos Ordines et legatus Anglicus invicem effuderunt, quum ille nomine Reginae peteret, ut in futu-

(63) Conf. hac de re laudata oratio *Over het misbruik van het algemeen Staatsrecht*, p. 49 et seqq. nota 35.

(64) Vid. BOR, Lib. XXII. fol. 97; 98.

(65) Conferri meretur, *nader verklaring van de Staten Generaal, overgelevert aan Baenderheere van* BUKHORST, 17 *Juny* 1587. apud BOR, Lib. XXII. fol. 97 — 100.

turum Comiti sine ulla exceptione obediretur; *hem syne auctoriteyt vryelyck te laten gebruiken en hem respect te bewysen* (66); verbo monemus, Comitem LEYCESTRIUM, die 6 Julii 1587, ex Anglia in Zeelandiam rediisse, ibique statim Ordines Generales convocavisse, a quibus subsidia peteret, ad urbem Slusam obsidione liberandam.

Itaque congregatis Ordinibus statim proponit, ut omnia, quae facta erant, oblivione delerent, cum diceret: *niet willende dat om 't selve misverstandt de voorsz. Krygs Exploicten en andere saken, rakende het gemeenebest, uitgesteldt worden* (67).

Postea etiam Ordines Generales Comiti satisfecerunt,

(66) Exposuit illos questus BOR, Lib. XXIII.

(67) BOR, Lib. XXIII. fol. 10. Quamvis significare nolimus, quaenam sibi proposuisset Comes, animadvertendum tamen est, magnum inter illius Ordinumque modum agendi fuisse discrimen. Alter omnia vult oblivisci civitatis salutis causa, alteri id sibi semper proponunt ut LEYCESTRII conatus vanos reddant; uti apparet ex instructione delegatis Ordinum Hollandiae in conventum Ordinum Generalium data. BOR, Lib. XXIII. fol. 9 et *Resol. van Holl.* 24 *Juny* 1587. fol. 172. Quum vero Ordines minis terruisset, fore, ut Regina non diutius illos adjuvaret, cujus auxilio se indigere sciebant, statim de sua arrogantia remiserunt et ad abjectam humilitatem descenderunt. Quum enim brevi post reditum LEYCESTRII, urbs Slusa in hostium venerat potestatem, hae regiones in tanto periculo versabantur, ut die 16 Aug. 1587, Ordines Generales Comitem obsecrarunt: *dat hy deselve als een wys, voorsichtig en goedertieren Prince wilde in 't goede aanneemen en a les in vergeteltheyt stellen.* Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. IV. fol. 86.

runt, affirmantes, se numquam sibi propositum habuisse, ut LEYCESTRII auctoritatem minuerent; confidere virtute Comitis etc.

Litteras hac de re conscriptas sequentibus verbis memoralibus concludunt: *dat Uwe Excellentie believe de affairen te dirigeeren, met onderlinge correspondentie van de Staten, die niet syn* 10 *of* 12, *gelyk sommigen zich abuseeren; maar de Ridderschap, Edelen en Raadsluyden of Vroedschap van alle de steden der Vereenigde Provintien, welke Staten worden gerepresenteert door hunne Gedeputeerden ter Vergadering der Staten Generael.*

Praeterea die 15 Aug. 1587, Ordines Generales ad Reginam miserunt litteras, in quibus petebant, ut omnia quae acciderant, Ordinibus condonaret, seque auxilio juvaret. Omnes illae epistolae supplicibus verbis conscriptae erant: *dat sy wenschen te worden en te blyven hare seer deemoedige ondersaten, als soodanig wesen soude de wil van Uwe Majesteyt* (68).

Haec fere sunt, quae locum habuerunt primis diebus post reditum Comitis; si quis autem cogitet

(68) De hac epistola, quae invenitur apud BORRIUM, Lib. XXIII. fol. 18, nihil habet WAGENARIUS, qui tamen in hac historiae parte se semper BORRIUM secutum esse prae se fert. Universe Ordines minus imperiose LEYCESTRIUM allocuti esse videntur, quam tradidit WAGENARIUS.

tet, Gubernatorem mox, auditis Ordinibus Generalibus et *Concilio*, edicto prohibuisse, ne calumniae spargerentur contra Reginam Angliae, Ordines Generales, Ordinesque singularum provinciarum; facile in eam inducitur opinionem, illos in perpetuum arcto vinculo conjunctos fuisse.

Non diu post tamen iterum Comes LEYCESTRIUS et Ordines Hollandiae et Zeelandiae dissensione a se invicem alienati sunt: horum enim, ut videtur, minor erat erga Comitem voluntas.

Hinc enim sola necessitas Hollandiae Ordines, qui summos se in sua provincia imperantes esse putabant, impellebat ut LEYCESTRIO integre obedirent; illinc autem Comes, hac submissione elatus, suam auctoritatem nimis jactabat (69).

Die 15 Septembris LEYCESTRIUS per litteras iterum apud Ordines Generales questus est de re pecuniaria (70). Quae quidem querela eo valuit, ut Ordines Generales, qui multo magis quam Ordines singularum provinciarum cupivisse videntur, ut Comes in his provinciis maneret, edictum promulgaverunt (71) quo illi facultatem darent, sua spon-

(69) Vid. BOR, Lib. XXIII. fol. 20—96. Reyd. VI. p. 107. *Resol. van Holl. Sept. Oct.* 1587.

(70) Vid. BOR, Lib. XXIII. fol. 34.

(71) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 18 *Sept.* 1587. fol. 402.

sponte consiliarios *Concilii* eligendi (72).

Quibusdam provinciis gratias tunc egit LEYCESTRIUS pro eorum benevolentia; simul tamen conquestus est, provinciam Hollandiae debitam non solvere partem tributorum; quae negligentia aut malevolentia, uti ajebat, perniciem civitati esset allatura: quapropter petebat ut rei pecuniariae cura ipsi et *Concilio* relinqueretur (73).

Nemo mirabitur his omnibus, illisque quae acciderant, quum Trajectum proficisceretur, praeterea precibus ne in Frisiam contenderet; recusatione Comitis VAN HOHENLOO, qui jussis ejus obedire nolebat, his, inquam, omnibus, LEYCESTRIUM taedio ductum, quum quotidie turbas discordiasque crescere videret, per Trajectum et Dordracum Flessingam profectum esse, ut inde in Angliam rediret.

Ab-

(72) Olim autem illos eligebat Comes e ternione, quem proponebant Ordines.

(73) Quantopere adversarentur Hollandiae Ordines, documento sit, quod quidam Leidae incolae Comitem in jus restituere cupientes (quod nonnullae aliae etiam jam sibi proposuerant provinciae) conjuraverunt, ut urbem *Leidam* traderent LEYCESTRIO. Quae cum rescivissent Hollandiae Ordines, tres conjuratos capite damnarunt, quamvis se Comitis mandatis excusantes; caeteris autem MAURITIUS Princeps veniam concessit. Quonam jure hoc fecerint et Ordines et MAURITIUS, postquam LEYCESTRIO detulissent politiae justitiaeque administrationem, non intelligimus. Vid. BOR, Lib. XXIII. fol. 63—72.

Ab eo inde tempore omnis rerum administratio inprimis rerum militarium graviter perturbata fuit, quum MAURITIUS, SONOYUS, *Concilium*, Ordines denique Hollandiae saepe consilia caperent sibi invicem contraria (74). Recte igitur illud tempus nobis LEYCESTRIUS vocasse videtur: *eene beroerlyke tyd en deerlyke stant der landen; als een iegelyck syn voorneemen soekt te bevorderen met behendigheden en praktyken sonder aantezien het algemeene best.*

Antequam in Angliam abiret Comes LEYCESTRIUS, legatus Anglicus HERBERTUS huc advenerat, qui jussu Reginae turbas componere conaretur.

Statim cum epistola LEYCESTRII Ordinibus Generalibus missa, Hagam Comitum convenit (75) qua Comes nuntiabat se mox in Angliam esse reversurum; se absente, rerum curam penes *Concilium* futuram.

Scitu dignum est, cum eo tempore Ordines Generales non convenirent, delegatos Ordinum Hollandiae ad conventum Ordinum Generalium, accepisse illam epistolam Comitique LEYCESTRIO responsum dedisse.

Non responderunt quidem ad ejus querelas, ve-

(74) Vid. BOR, Lib. XXIII. fol. 82.
(75) Vid. BOR, Lib. XXIII. fol. 90.

rum optaverunt, ut iter bene illi verteret, precantes ut quantum fieri posset, suorum commodorum rationem duceret; non dubitare se, quin Ordines Generales, mox congregandi, omnibus ab illo propositis providerent: *alsoo wy verhoopen dat ter eerster vergadering der Staten Generael, waarop wy van dage te dage wachten* (76).

Elapso biduo Comes epistola die 28 Nov. conscripta, iterum se in Angliam profecturum esse, Ordinibus significat, graviterque incusat Ordinum malevolentiam; cujus haec quoque sunt verba: *achtende dat ik derwaerts over meer dienst sal doen, dan ik tot noch toe niet en heb konnen doen in dese landen, om de partialiteyten en het mistrouwen dat men onder deze Staten gesien heeft.*

Post abitum Comitis legatus ELISABETHAE Reginae in conventum Ordinum Generalium advenit, qui vehementer Reginae verbis invectus est in Ordinum malam erga LEYCESTRIUM voluntatem, et impense rogavit ut quam celerrime cum Hispanis pacem facerent (77).

Diu

(76) Vid. illa epistola apud BOR, Lib. XXIII. fol. 91. et *Geschreven Resol. der Staten Generael* 23 *Nov.* 1587. fol. 447, e quibus, a die d. 23 Nov. usque ad 3 Dec., Ordines Generales non convenisse apparet.

(77) WAGENARIUS secus narrat, illum legatum ab Ordinibus Generalibus receptum fuisse, antequam Comes LEYCESTRIUS in Angliam proficisceretur.

Diu hanc rem consideraverunt Ordines Generales, qui cum animadverterent, huic Reginae mandato varias ob causas obtemperandum esse, legatos in Angliam miserunt, ut ibi de pace agerent. Haec pactio tamen nullos effectus habuit.

Vidimus iterum reipublicae curam commissam fuisse *Concilio* absente Comite.

Vix autem in Angliam redux LEYCESTRIUS, jubente Regina, die 17 Decembris anno 1587, se harum regionum imperio abdicavit (78), illudque in Ordines Generales contulit; quamvis actus solemnis hujus abdicationis non ante mensem Aprilem sequentis anni ad Ordinum notitiam pervenerit (79).

Ita autem illis temporibus conturbatus erat harum regionum status, ut diu post renunciationem Comitis, edicta ejus nomine a *Concilio* edita fuerint, *op den naam van den Grave van* LEYCESTER, *Gouverneur en Kapteyn Generaal* (80).

Et nos quidem nunc hanc tertiam periodum pertractavimus. Postquam autem LEYCESTRIUS se patriae nostrae imperio abdicaverat, Ordinum Ge-

ne-

(78) Vid. *Groot Plakaat Boek*, IV. D. fol. 87.

(79) Vid. BOR, Lib. XXIV. fol. 4, qui causas hujus morae fuse exposuit.

(80) Vid. BOR, Lib. XXIV. fol. 31, 32.

neralium potentia ita mutata est, ut necesse sit sequenti capite disquirere, quanam auctoritate fuerint Ordines Generales, post Comitis LEYCESTRII in Angliam reditum.

CAPUT QUARTUM.

De Ordinibus Generalibus post Comitis Leycestrii in Angliam reditum.

Instrumentum actus solemnis, quo ab imperio destiterat Comes Leycestrius, jam praecedente anno 1587 ad legatum Anglicum Herbertum pervenerat, qui cum in Angliam abiret, illud asportavit, nec quidquam de eo cum Ordinibus Generalibus communicavit. Interea cum Elizabetha audivisset, turbas discordiasque in his terris quotidie augeri, propter jusjurandum Comiti praestitum, necesse putavit Ordines Generales de renunciatione Leycestrii certiores facere. Itaque Reginae jussu, die 1 Aprilis anno 1588, Ordinibus Generalibus provinciarum foederatarum actus solemnis traditus est, quo Comes Leycestrius se imperio exuerat, illudque Ordinibus Generalibus reddiderat.

Animadvertendum est, jam eo tempore Ordines Hollandiae tantam in Ordinum Generalium conven-

tum

tum vim exercuisse, quae magis magisque crescens tandem effecerat, ut tempore WITTIORUM summa in quavis re auctoritate uterentur.

Sic enim legimus (1) in conventu Hollandiae Ordines decrevisse: *om den Raadt van State spoedig in zyn gezag te bevestigen, het ontslag van* LEYCESTERS *Gouvernement alomme bekend te maken; het oorlogsvolck onder eenen eenparigen voet te brengen, te weeten dat sy den lande gehouw en getrouw zyn; en de Gouverneurs van de provincien gehoorzamen zullen:* quo factum est, ut paulo post Ordines Generales edictum promulgaverint, quo populo abdicationem LEYCESTRII nunciarent (2) cujus edicti confectio inprimis Ordinibus Hollandiae tribuitur (3).

In illo edicto Ordines Generales fuse exponunt omnes rationes, quibus permoti fuerunt, ut Comiti LEYCESTRIO summam deferrent imperii administrationem; in fine dicunt, Comitem revocatum a Regina, auctoritatem in foederatas provincias non diutius exercere posse, prout calamitosa harum regionum conditio exigeret, adeoque deposuisse munus gubernatorium auctoritatemque in omnes foede-

(1) Vid. *Resol. van Holl.* 5 *April* 1588. fol. 103.

(2) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 12 *April* 1588. fol. 111. BOR, Lib. XXIV. fol. 56.

(3) Vid. *Resol. van Holl.* 7 *April* 1588. fol. 110.

deratas provincias; porro addunt: *en bemerkende dat, in desen tegenwoordigen noot, dese landen sonder groot perykel niet moogen wesen sonder generale regeering, soo is 't — dat wy de generale regeering deser landen hebben gesteld in handen van den Raad van Staten, in de saken de gemeene beschermenisse, mitsgaders de onderhouding van het tractaat met hare Majesteyt gemaakt aangaende;* denique sic concludunt: *want wy hetselve tot behoudenisse en welstand van deze landen bevonden hebben te behooren* (4).

Universa igitur rerum administratio quoad defensionem harum provinciarum spectabat, *Concilio* commissa est; quum ceteris rebus partim Ordines Generales, partim Ordines provinciales providerent, uti jam factum erat, antequam LEYCESTRIUS in has regiones pervenisset.

Multa contra hoc edictum (5) objecta sunt, et gravissimae quidem objectiones huc redeunt: edictum promulgatum fuisse nomine Ordinum Generalium, non audito concilio Ordinum provinciarum, saltem ignorantibus eorum committentibus. KLUI-

TIUS

(4) Vid. *Groot Plakaat Boek*, I. D. fol. 50. et Instructio *Concilio* data *die* 12 *Aprilis* 1588, quae invenitur in *Groot Plakaat Boek*, IV. D. fol. 120.

(5) Vid. BOR, Lib. XXIV. fol. 57.

TIUS, in jam laudato opere (6), in eo cum hujus edicti adversariis convenire videtur, quod animadvertit, edictum a conventu Ordinum Generalium editum fuisse, ignorantibus provinciis Gelriae, Zeelandiae, Trajecti et Transisalanae; itaque solos delegatos Ordinum Hollandiae pro edicti auctoribus habet.

Liceat autem nobis, sine justo arrogantiae crimine, dissentire a tanto viro, nostraeque historiae peritissimo: deducimus enim e verbis decretorum Ordinum Generalium, non solos Hollandiae delegatos, verum etiam Zeelandiae et Frisiae adfuisse: *De Gedeputeerden van de provincien van Hollandt, Zeelandt en Vrieslandt gedelibereert hebbende — dat ook de andere provincien overlange beschreven syn, hebben geresolveert — wel verstaande dat*, soo verre *ter aankomste van de overigen provincien op dese resolutie eenige swarigheeden worden gemoveert, dat deselve rypelyck geexamineert, en daarop geresolveert sal worden, als voor den dienst van den lande sal behooren* (7).

Praeterea apparet caeterarum provinciarum delegatos antea conscriptos, statutumque fuisse, ut edictum non esset irrevocabile, verum mutari posset

(6) *Hollandsche Staatsreg.*, D. II. fol. 459.
(7) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 12 *April* 1588.

set, si caeterae deinde provinciae illud peterent. Nostra igitur opinione, praesentes delegati illud ediderunt edictum, ut calamitoso statui civitatis providerent; *omdat dese landen niet en moogen weesen sonder generale regeering;* non vero, quod quidam putaverunt, solis Hollandiae delegatis illud tribuendum.

Videamus praeterea, quaenam acta fuerint in Ordinum Generalium conventu, quidque contra illud edictum caeteri delegati, quum advenissent moverint (8).

Die 25 Aprilis in conventu adfuerunt delegati Ordinum Trajecti, Transisalanae, Hollandiae, Zeelandiae, Frisiae. Trium ultimarum delegati statim declaraverunt, conventum mensis praecedentis dissolutum non fuisse; *dat de vergadering niet en is gescheyden, maar gestadig gecontinueert geworden;* et volunt ut secundum decretum diei 12 Aprilis *Concilium* mox reipublicae curam suscipiat. Itaque inquirendum est, fueritne conventus, habitus die 12 Aprilis, continuatio praecedentis cujusdam conventus, an ab eo separatus, ita ut die 12 Aprilis de novo convocandi fuerint Ordines Generales?

Et ad hanc quidem quaestionem ita respondemus: conventus Ordinum Generalium, qui die 12 Aprilis habitus fuit, non erat novus conventus, cum

(8) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 25 *April* 1588. fol. 121.

cum jam dudum convenissent Ordines, et statuere poterat, quamvis non adessent delegati Ordinum Gelriae, Trajecti et Transisalanae.

Jam ante aliquod tempus enim delegati Ordinum Gelriae, Trajecti et Transisalanae in Angliam abierant; nihilominus tamen caeteri praesentes delegati, secundum antiquos mores, deliberare perrexerunt, quod apparet ex sequentibus excerptis decretorum Ordinum Generalium:

Waerop voorz. KILLEGREY *heeft verklaert, dat hy sulke acte ontfangen hadde, maer gedifferecrt deselve over te leggen, overmits de Gedeputeerden van Gelderland, Utrecht en Overyssel vertrokken waren; en dat, mitsdien de Generale Staten niet voorhanden waren, verklarende bereyt te syn de voorz. acte over te leggen, zoodra de voorsz. Gedeputeerdens sullen wedergekeert syn. — Waar tegen onderrigt wezende, dat de aanweezende Gedeputeerden van Hollant, Zeelant, Vrieslant by continuatie van de beschreven vergadering der Staten Generael dezelve Staten Generael representeeren, volgende d' oude maniere van doen* (9). *heeft*

(9) Quod deducunt ex Art. 19. Unionis Ultrajectinae; qui articulus sic sese habet: „ *alwaert oick enyge nyet en compareerden; in welcke gevalle, sullen dandere die verschynen sullen even wel moegen procedeeren tot sluytinge van tghene si bevynden sullen tot het gemeen beste van deese geunieerde landen en provincien te dienen. Ende sal tghene alsoe gesloten es onderhou-*

heeft de voorsz. KILLEGREY *geconsenteert de voorsz. acte overteleggen.* (10)

Sequenti igitur die Nob. KILLEGREY in Ordinum Generalium conventu adfuit et declaravit: *bereyt te syn overteleggen de voorz. acte, mits eerst tot syne ontlastinge hebbende acte van d' aanweezende Gedeputeerdens;* quam declarationem illi dederunt Ordines sequentibus verbis: *hebben de Gedeputeerdens van Hollant met Westvrieslant Zeelant ende Vrieslant verklaerdt, ende verklaeren by desen: dat sy verstaen, by continuatie van de beschreeve vergadering van de voorz. Staten Generael, te representeeren de Staten Generael van de geunieerde provincien, ook nyettegenstaende de Gedeputeerden van de anderen provincien vertogen syn; ende dat sulcks tot nog toe altyts gebruikelyk is; immers zoo langen de vergadering met gemeenen consente niet is gescheiden; gelyk in desen nyet is gebeurt — dat deselve Gedeputeerdens dienten*

houden worden, oick by de ghenen die nyet gecompareert sullen weezen, ten waere die saecken seer wichtich waeren, en enich vertrek mochten lyden. In welcken gevalle men den ghenen, die nyet gecompareert en sullen syn, andermael bescriven sal omme te compareeren, op 't verbeuren van haarl. stemme voor die reyse, ende wes alsdan by de ghenen die present syn gesloten wordt, sal bundigch syn ende van weerden gehouden worden, nyet jegenstaende d' absencie van enyge van d'andere Provincien."

(10) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 31 *Maart* 1588 fol. 103.

ten gevolge als representeerende de Staten Generael. etc.

Praeterea firmare videtur sententiam delegatorum Ordinum Hollandiae, Zeelandiae et Frisiae, quod omnes delegati die 25 Aprilis deliberaverunt secundum eadem mandata, quae jam ante d. 30 Martis a Committentibus acceperant; quodsi novus fuisset conventus die 25 Aprilis, nova certe exhibere debuissent mandata, cujusmodi exhibitionis nullibi occurrit exemplum.

Itaque tuto affirmare licet, edictum nomine Ordinum Generalium die 12 Aprilis editum legitimum fuisse. Omnes etiam provinciae sensim diversis temporibus electionem *Concilii* approbaverunt; cui *Concilio* igitur, non vero Ordinibus Generalibus, uti quidam minus recte putaverunt, commissa fuit rerum administratio, *Gecommitteert tot de Generale regeering, in zaaken de gemeene bescherming en Unie aangaande.* (11)

Itaque nunc pervenimus ad tempora memorabilia, quibus Civitas Septem Foederatarum Provinciarum non amplius peregrini arbitrio regenda permittebatur, verum a *Concilio* gubernabatur, cui Ordines Generales eam potestatem dederant. In hac

(11) Vid. S. VAN SLINGELANDT. *Staatk. Geschriften.* II D. p. 149.

hac autem periodo cum nihil fere extraordinarii acciderit, nunc transire possumus ad Ordinum Generalium conventus naturam inquirendam.

Ordinum Generalium igitur conventus proprie componitur e conjunctis omnibus Ordinibus Provinciarum, uno loco congregatis. Quum vero illa congregatio maximos sumptus exigat, unaquaeque provincia quosdam delegatos mittit in eum conventum, qui omnes Ordines representat et eorum nomine agit. Hanc ob causam mandata accipiunt illi delegati Ordinum, quae semper renovantur, quoties denuo convenit Ordinum Generalium coetus (12); quare conventus Ordinum Generalium nihil aliud est, nisi conventus delegatorum septem civitatum, e quibus respublica constabat.

Itaque assentimur Ampliss. SLINGELANDIO statuenti, nomen, quod ferebat conventus, improprium esse: recte anno 1555, cum CAROLUS V. omnes semel convocaret Ordines, conventum vocatum fuisse coetum Ordinum Generalium, uti etiam accidit anno 1651, quum omnium fere provinciarum Ordines Hagam Comitum congregati sunt (13); nunc vero illum conventum, qui nomine Ordinum

(12) Vid. *Geschreven Resol. der Stat. Generael* 19 *Decemb.* 1580. 30 *Aug.* 1583. 25 *April* 1588.

(13) Vid. *Geschreven Resol. van de groote vergadering der Staten Generael.* 25 *Maart.* 1651.

num Generalium significatur, potius vocandum esse, *de Vergadering der Gecommitteerden van de provincien van de nader Unie.*

Olim ille conventus non eodem loco habebatur, verum modo in una, modo in altera provincia, donec die 15 Januarii anno 1585 Hagam Comitum in perpetuum connvenire decrevit, qua in urbe ab eo inde tempore semper fere convenit.

Numerus delegatorum uniuscujusque provinciae indefinitus erat, cum plerumque una provincia a duobus, quatuor vel pluribus representaretur.

Non intererat, quantus esset numerus delegatorum ad consilium capiendum: non enim plurimis suffragiis singulorum delegatorum, verum septem provinciarum decernebatur. Itaque si vel admitteremus sententiam quorundam auctorum censentium, in nonnullis conventibus octingentos adfuisse delegatos, (quorum tamen errorem redarguit SLINGELANDIUS) (14), septem tantum suffragiis septem Provinciarum statuebatur, quia omnes delegati singula pro singulis suis provinciis suffragia ferebant.

Una praecipuarum causarum, ob quas conventus Ordinum Generalium inde ab anno 1593 perpe-

(14) Vid. *Staatk. Geschriften* II D. p. 162, 16

petuus fuerit, haec est: quod cum quotidie administrationis cura cresceret, difficilius erat delegatis diu abesse; aut solummodo convenire, ut deliberarent de rebus antea jam propositis (*punten van beschrijving*). Praeterea magnum inde lucrum redundabat, quod multa tunc decernerent Ordines Generales, quorum cognitionem *Concilium* fuisset habiturum, cui inde ab anno 1586, inerant Anglici Consiliarii.

His igitur praemonitis, inquirendum est, quinam in nostra patria vocandi fuerint summi imperantes (*de Hooge Overicheyt*): Ordines Generales an Ordines Provinciales singuli in sua provincia?

Summa potestas apud hunc esse dicitur, cujus est summa rerum administratio, qui a nemine nisi a Deo secundus est.

Videamus igitur, apud quosnam in civitate foederatarum provinciarum fuerit illa suprema rerum administratio.

Inter praecipua signa supremae auctoritatis intelligitur, ut ille, qui summa potestate praeditus sit, facultatem habeat leges ferendi, mandata dandi omnibus subditis, idque proprio arbitrio, sine impetrata venia vel auctoritate alterius (15), curam le-

(15) GROTIUS de *J. B. et P.* Lib. I. C. 3. §. 7. *Summa potestas autem illa dicitur, cujus actus alterius juri non subsunt;*

legendorum magistratuum et judicia, deliberationem de bello, pace, foederibus faciendis ac dissolvendis, de morte, de exilio et publicatione (16).

Quis dubitare possit illa potestate fuisse singulos Ordines in unaquaque provincia? Omnia edicta, internum statum provinciae cujusdam spectantia, fiebant ab Ordinibus illius provinciae (17); ab illis aut eorum nomine eligebantur magistratus; ab illis commissorum scelerum venia concedebatur (*absolutien en remissien gegeven*) (18).

Tuto igitur statuere licet, Ordines provinciales singulos in singulis provinciis summam habuisse potestatem.

Unione autem Ultrajectina (19) statutum erat, ut omnia pacem, bellum, communem defensionem, vectigalia spectantia, communi omnium provinciarum consensu decernerentur. Itaque illorum curam suscipere debebat Ordinum Generalium conventus. Hoc statutum tamen nequaquam infringebat auctoritatem Ordinum singularum provinciarum: nam tenendum est, Ordinum Generalium con-

sunt; ita ut alterius voluntatis humanae arbitrio irriti possint reddi.

(16) Vid. GROTIUS de *J. B. et P.* Lib. I. §. 6.

(17) Vid. *Groot Plak. Boek*, IV. D. fol. 464, 465, 901.

(18) Vid. *Groot Plak. Boek*, III. D. fol. 508. IV. D. fol. 246. *Resol. van Holl.* 24 *Juny* 1619. fol. 132.

(19) Vid. art. 3, 4, 5, 9, 10, 12, 19.

conventum solum compositum esse ex delegatis Ordinum singularum provinciarum, qui loco ipsorum Ordinum conveniunt.

Itaque conventus Ordinum Generalium proprie dicendus est coetus Ordinum omnium provinciarum, qui conveniunt ut deliberent de illis, quae communiter procuranda sunt. Singuli Ordines numquam a juribus suis destiterunt eaque (20) semper sibi conservarunt; hac tamen clausula Unione statuta, ut quarundam rerum non singuli, sed omnes Ordines communiter curam agerent, quia e quibusdam omnibus provinciis idem lucrum vel idem damnum profluere poterat: ita ut rerum, quae Unione Ultrajectina Ordinibus Generalibus erant delatae, proprie apud singulos Ordines administratio maneret.

Tota igitur Civitas foederatarum provinciarum componebatur ex septem provinciis, in singulis quarum exercebatur summa potestas, quarum nulla ceteris subjecta erat, sed quae arctissimo vinculo junctae erant. Quod institutum effecit, ut exteri populi omnes provincias foederatas pro una civitate habuerint, legatosque suos mitterent ad illum conventum, in quo aderant omnium civitatum delegati. Eandem ob causam legati ad externas civitates semper

(20) Vid. LUZAC *Holl. Rykdom*, D. III. p. 158.

per mittebantur ab Ordinibus Generalibus, eorumque nomine.

Magnum inter virorum dictorum opiniones reperitur discrimen, de modo, quo suffragia in Ordinum Generalium conventu essent ferenda. Nostra quidem sententia, si recte intelligimus Unionem Ultrajectinam, nulla hac de re potest oriri quaestio. In illa enim legimus (21). *Item en sal men geen accoordt van bestant ofte Peys maecken noch oorloge aanveerden, noch enyge Imposten ofte Contributie instellen, die Generaliteyt van desz verbande aengaende, dan met* GEMEEN ADVIJS *en consent van voorsz. Provincien; maer in andere saecken 't beleit van desz. confederatie, ende tghene daer van dependeert en uyt volgen sal, aengaende, sal men hem reguleeren naer tghene geadviseert ende gesloten sal worden, by de meeste stemmen van Provincien.*

Auctor anonymus jam saepius citatus (22) hac de re tuetur doctrinam, a nostra sententia omnino discrepantem. Dicit enim: *Men moet alhier ook remarqueeren, dat de faculteit tot maecken van vrede, aanneemen van oorlogen, en opzetten van contributien, de provincien in het particulier niet en wort alhier bevonden absoluytelick benomen te syn: want*

(21) Art. 9.
(22) PUBLIC GEBEDT, D. III. p. 210.

want men moest dit art. niet verder uitrekken, dan alleen voor soo veel dezelfde subjecten hier aangeroert van oorlogh, vrede, contributien, de Generaliteyt van de Unie syn rakende; zulcks dat eene provintie alleen zonder bekrooninge van eenige van d'andere het vermogen heeft, by middel van oorloge ende wapenen zijn recht te poursuiveeren tegens diegenen, die haar eenige injurie ofte ongelyck souden moogen hebben aangedaen — indien maar de provintie, die den oorlogh by de hant neemt, hetzelve doet buyten last ende kosten van de gemeene bontgenooten.

Credimus tamen, numquam licuisse alicui provinciae, ignorantibus caeteris Unionis participibus, bellum gerere.

Quod utcumque sit, hoc tamen affirmare audemus, numquam probari posse auctoris anonymi verba: *dat eene provintie alleen recht heeft te poursuiveeren tegens die genen, die haer ongelyck souden mogen hebben aengedaen.*

Nam si illa argumentatio valeret, idem esset ac si diceret auctor, provinciae Hollandiae, quae saepe laesam fuisse se a caeteris putabat provinciis, licuisse illis arma inferre; quod si licitum fuisset, certe cecidisset totus Art. 1. Unionis.

Itaque sine dubio, si bellum, pacem, vectigalia et tributa excipias, de omnibus decernere poterat

con-

conventus Ordinum Generalium plurimis suffragiis: semper ita ipse conventus memoratum articulum Unionis interpretatus est. Jam enim supra (23) vidimus, eo tempore, quo deferebant Comiti LEYCESTRIO summam rerum administrationem, Ordines Generales, cum Frisia movisset difficultates, decrevisse, plurimis suffragiis eligi posse LEYCESTRIUM Gubernatorem Generalem, illi deferri summam potestatem, quia illa delatio quatuor statutis articuli 9 Unionis annumerari non poterat, *als synde niet begrepen onder de vier gevallen van art. 9. der Unie.*

Diximus Ordines provinciarum summa fuisse in suis provinciis potestate; de quibusdam tamen non nisi in conventu Ordinum omnium provinciarum decernere potuisse; sic, nostra opinione, etiam, secundum art. 12. Unionis Ultrajectinae, Ordines Generales monetae curam suscipere debuerunt. Ille artic. enim hujusmodi est: *Ende dat die voorsz. provincien gehouden sullen syn, sich met den anderen te conformeeren in het stuk van der munte: te weeten in de cours van gelde naer uytwiesen sulcke ordonnantien, als men daerop metten yersten maecken sal, dwelcke dien sonder dander nyet en sal moegen veranderen.*

No-

(23) Pag. 139. nota 10.

Nobis igitur ex hoc articulo apparere videtur, collegium Ordinum Generalium, non vero Ordines provinciarum monetae curam agere debuisse.

Aliter tamen opinatus est memoratus auctor anonymus, (24) qui, postquam fuse exposuit rationes, cur putaret non Ordines Generales, verum in singulis provinciis singulos Ordines monetam curare debere, sequentibus verbis suam argumentationem concludit: *Dat oock de Staten van de particuliere provintien aan haar gereserveert hebben en in het minste niet geabdiceert het stuck van de munte; blykt noch uit de plakaten, die wegens deselve particulierlick daer over gemaekt zyn: namentlyk by de Staten van Hollandt ende Westvrieslandt in February en October* 1602 *noch* 1603. 1618. 1620. 1626. 1630. 1653. *als meede door de Staten van Zeelandt, inhoudende gelycke dispositie anno* 1613. 1622. 2647 (25).

Omnia illa, quae locum habuerunt, omnia edicta ab Ordinibus provincialibus edita, pro abusu habenda sunt. Scimus enim, primis temporibus tantam fuisse in nostra patria trepidationem, ut plurima Unionis statuta statim observari non possent;

(24) PUBLIC GEBEDT, D. III. p. 215—218.

(25) Quae edicta inveniuntur in *Groot Plak. Boek*, D. I. fol. 2578. et seqq. D. II. fol. 2156. 2189. 2393. 2554. 2775. et in *Resol. van Holl.* 24 *January* 1619. fol. 8.

sent, et post longum demum lapsum temporis quaedam valere incepisse, quaedam contra (uti in art. 8. praescripta) numquam observata fuisse. Sic etiam circa monetam accedit. Imo edicto diei 22 Decembris 1686 (26) Ordines Hollandiae, quaedam de moneta decernentes, ajunt se hoc fecisse ad interim (*by provisie*). Alio edicto eodem die promulgato, Ordines Hollandiae dicunt: *dan dat wy in dat ons goedt voornemen wel zyn gesecundeert geworden door de Heeren Gedeputeerdens van de Provincien van Gelderlandt, Utrecht ende Overyssel — en dat mitsdien de voorsz. zaeke eeniglyk geretardeert wordt door de oppositie van de Heeren Gedeputeerdens van de provincie van Zeelandt, en de ongeredtheyt van de Heeren Staten van Vrieslandt en Stadt en Lande — Zoo is 't dat wy by provisie, en tot dat wy, by naeder waerschouwinge zullen hebben bekendt gemaekt, hoe verre wy met de Heeren Staten van de gemelde provincien desen aangaande zyn overeengekomen* (27).

Ipsi igitur confiteri videntur Ordines Hollandiae, omnia, quae monetam spectabant, ab omnibus provinciis, non a quibusdam decernenda esse.

Ita res sese habuerunt, donec anno 1691 die

7.

(26) Invenitur *in Groot Plak. Boek*, D. IV. fol. 659.

(27) Vid. *Groot Plak. Boek*, D. IV. fol. 660.

7 Augusti, Ordines Generales statuerunt, in posterum neque in provinciarum neque in suis officinis monetam cudendam esse, nisi unanimi consensu provinciarum. (28)

Fortasse nobis objiceret idem ille auctor, omnia edicta, sive ante sive post annum 1691, de moneta ab Ordinibus Generalibus edita, nullam vim habuisse. Sed nostram sententiam corroborant verba edicti Ordinum Hollandiae, quorum partibus auctor favere videtur; qui ipsi die 26 Sept. 1692 in sua provincia prohibuerunt monetam Groningae annis 1690, 1691, 1692 cusam; cum illa cusio, uti ajunt, contraria esset iis, quae olim statuta erant ab omnibus foederatis provinciis (29).

Nonnulli quoque censuerunt Ordines Generales, quasi *Usufructuarios*, Ordines provinciarum contra, quasi *Proprietarios* horum jurium habendos es-

(28) Invenitur in *Groot Plakaat Boek* IV. D. fol. 662. Art. 1. sic se habet: *Eerstelick dat aanstondts met den slagh van payementen op alle munten deser landen, soo provinciale als Ryks munten, zal moeten worden opgehouden; en dat voortaen geen payementen meer sullen mogen werden geslagen; dat oock by eenige provincien in het particulier daar toe geen consent ofte permissie sal mogen werden verleendt, gelyck soodanige consent of permissie in het vervolg by ons ook niet gegeven sal werden, als met eenparigh consent van al de respective bondtgenooten.*

(29) Vid. *Groot Plakaat Boek*, D. IV. fol. 665.

esse, quae per Unionem communia reddita sunt. Hi vero nobis quidem in errore versari videntur, cum nullarum provinciarum Ordines consentire voluisse credamus, ut eorum delegati in conventu Ordinum Generalium facultatem haberent de omnibus Unionem spectantibus libere statuendi, proprio lucro aut damno proposito, sine consensu Ordinum provinciarum, vel audito illorum consilio. Si enim *Usufructuarii* dici possent Ordines Generales, illis juribus plene frui poterant, nulla habita *Proprietarii* ratione; modo finito usufructu, jura Ordinibus provincialibus restituerent.

Nobis quidem videntur Ordines Generales potius habendi pro mandatariis, qui secundum jussa et mandata agunt, quibus potestatem his mandatis concessam excedere non licet, quique rationes, secundum quas egerunt, exponere debent.

Praeterea si nomen Ordinum Generalium interpretamur omnes provinciarum Ordines simul convenientes, uti tempore CAROLI V (qualis conventus solus, proprio sensu Ordinum Generalium conventus dici potest) tunc allata opinio de Usufructuariis et Proprietariis eo magis caret fundamento, quod et usufructus et proprietas apud eandem manerent personam: tunc enim consolidatio adesset, et finiretur usufructus.

Et sic quidem ad finem nostra decurrit disputa-

ta-

tatio. Quoddam tamen in illorum temporum historia occurrit caput, cujus gravissimum est momentum in consideranda Ordinum Generalium auctoritate. Hi enim BARNEVELDIUM in crimen vocatum judicaverunt. Quod quo jure fecerint si perquisiverim, neminem spero fore, qui me extra scriptionis meae terminos evagatum esse putet, quin potius confiteatur, ejusmodi esse nostram scribendi materiam, quacum memoratum illud caput, quod jam dudum acerrimo disputantium certamine agitatum fuit, adeo conjunctum tenetur, ut si omitterem negligentiae culpam praestarem.

Nonnulli quidem putaverunt, hunc magnum virum, criminis reum, cum minister provinciae Hollandiae esset, in tribunali Hollandico causam dicere debuisse; alii vero in hanc sententiam disputant, ut crimina, quorum BARNEVELDIUS accusabatur, ejusmodi fuisse pronuntient, de quibus nemo praeter Ordines Generales cognoscere potuisset.

In actis quidem authenticis, quae pervolvendi mihi facultas concessa fuit, inveniuntur omnia, quae de hoc judicio apud Ordines Hollandiae et Ordines Generales decreta sunt; e quibus hanc mihi opinionem informavi, pro illorum temporum et rerum ratione, solos Ordines Generales in hanc accusationem inquirere potuisse.

Haec

Haec autem opinio fortasse contraria erit sententiis plerorumque lectorum; sed idem animus a partium studiis alienus, qui me induxit, ut improbarem modum agendi Ordinum Generalium erga Paulum Buys, me nunc cogit, ut auctoritatem eorum defendam: itaque paucis verbis exponam rationes, ob quas tribunal, ad quod Barneveldius causam dixit, justum legitimumque fuisse videatur.

Videbimus primo, quorumnam criminum accusaretur Barneveldius, ut postea inquiramus cuinam generi delictorum annumeranda fuerint haec crimina, et denique efficiamus, quinam anno 1618 illam litem dijudicare debuerint (30).

Johannes van Oldenbarneveldt, die 29 Augusti 1618, nomine Ordinum Generalium prehensus fuit; cui quidem ejusmodi crimina imputabantur, quae ad totam rempublicam evertendam pertinerent. Auctor quidam (31) narrat, eodem die libellum quemdam circumlatum fuisse, in quo conscriptum erat, Barneveldium comprehensum fuis-

(30) Animadvertendum est, quamvis inquiramus, in quaenam crimina Barneveldius vocatus sit, inde non sequi, nostram esse opinionem, illum merito accusatum fuisse: nos non agimus de ipsa accusatione, sed inquirimus tantum in Ordinum Generalium auctoritatem.

(31) Brandt, *Geschiedenis van de Rechtspleging van Oldenbarneveldt*, p. 2.

fuisse ob memoratas causas nomine Ordinum Generalium provinciarum foederatarum, *zoo dat*, inquit ille, *sommigen hielden dat het kwam van eenigen Heeren uit de Generaliteyt*. Qua de re quidquid fuerit, extra omne dubium sit, BARNEVELDIUM cum aliis accusatis comprehensum fuisse a MAURITIO Principe et nonnullis delegatis Ordinum Generalium, jubentibus Ordinibus Generalibus (32); quo magis etiam refelluntur illi, qui affirmant MAURITIUM ipsum proprio arbitrio BARNEVELDIUM in vinculis retinuisse (33).

I. Quorumnam Criminum accusabatur? Praecipua citabimus eorum, quae inveniuntur in accusatione, quam nobis tradidit jam citatus auctor, qui omnia, quae ad hoc judicium pertinent, fuse exposuit (34).

Accusationis capita huc redeunt: BARNEVELDIUM in religione nova molitum esse; nomineque Ordinum Hollandiae litteras dedisse ad Regem Galliae, quibus dicebat Ordines Generales, in convocanda Synodo, nomen Ordinum Generalium usurpavisse; illum auctorem fuisse decreti diei 4 Augus-

(32) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael* 29 *Aug.* 1618.

(33) Praeterea vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael*, 4 *Sept.* 1618.

(34) Vid. BRANDT, p. 198—210.

gusti 1617 (35) unde factum sit, ut multae urbes provinciae Hollandiae, aliaeque privato usui copias collegerint solis harum urbium mandatis obnoxias; illum Ordines Trajectinos praeterea hortatum esse, ut milites conscriberent et sacramento sibi obstringerent, non vero Ordinibus Generalibus; illosque Ordines excitavisse, ut, si quando juberent Ordines Generales illas copias dimitti, hos milites delectos esse perhiberent ad turbas in provincia Trajectina comprimendas, quamvis ignorare non potuisset, custodiam provinciarum, urbium et castellorum hujus provinciae secundum Unionem curae Ordinum Generalium commissam fuisse; milites praeterea inducere voluisse, ut non Ordinibus Generalibus, verum Ordinibus singularum provinciarum, a quibus stipendia accipiebant, obtemperarent; et eo tempore, quo ab Ordinibus Generalibus decretum esset, Trajecti collectam manum (*Waardgelders*) dimittendam esse, Trajectinis Ordinibus proposuisse, ut, quocumque modo posset, provincia Hollandiae eos adjuvaret, ut his Ordinum Generalium decretis, resisterent etc. Alia praeterimus, quippe quae inveniuntur in sententia

(35) Quo decreto mandata ordinariae justitiae contra eorum proposita irrita declarabantur et magistratus urbium monebantur, ut se his mandatis opponerent armisque resisterent. Vid. *Resol. van Holl.*, 4 *Aug.* 1617.

tia lata quam nobis tradidit auctor jam citatus.

II. An BARNEVELDIUS jus habebat actus provinciae Trajectinae defendere respectu copiarum, quae nuper collectae erant (*Waardgelders*); aut poteratne minister singularis alicujus provinciae rerum alterius provinciae curam agere? Hoc non licuisse, quin per Unionem prohibitum esse putamus. Eo tempore acciderunt illa, de quibus agit art. 3. Provincia Trajectina enim, sive ob hanc sive ob aliam causam, timebat internas turbas; ideoque suadente BARNEVELDIO (uti accusatores affirmabant) contra illas sese armabat auxilio provinciae Hollandiae confidens. Haec omnia dicto art. 3. contraria erant, ubi haec leguntur. *Dat die voorsz. Provincien ook gehouden sullen wesen in gelycke maniere malcanderen te assisteren ende helpen defendeeren jeghens alle uitheemschen of inheemschen Heeren — die hen in 't generael ofte particulier eenige gewelt ofte ongelyck souden willen aandoen; beheltelick dat de assistentie by de Generaliteyt van dese Unie sal gedecerneert worden.*

Apertum igitur est, in hoc statu rerum provinciam Trajectinam, sive merito sive immerito, vim propulsare cupientem, auxilium ab Ordinibus Generalibus, quibus haec cura per Unionem commissa erat, petere debuisse.

Art. 16 ejusdem Unionis praeterea statuit: *ofte*

ge-

gebeurden dat tusschen die provincien eenig onverstant, twist, ofte tweedracht viele, dat 't selve, soo verre het enyge van de Provincien in 't particulier aangaet, ter neder geleyt en beslicht sal worden by de andere provincien, off den ghenen die si daer toe deputeeren sullen. Quoties igitur controversiae oriebantur, secundum illum articulum ab omnibus simul provinciis dirimendae erant: adeo ut provincia Hollandiae, hanc curam sibi soli vindicans, nimiam potentiam assumeret.

MAURITIUS Princeps Trajectum cum quibusdam delegatis Ordinum Generalium missus erat, ut tumultum comprimeret, novasque collectas copias dimitteret (*Waardgelders*) nomine et jussu Ordinum Generalium.

Cum vero BARNEVELDII accusatores dicerent, hunc Ordinibus Trajectinis auctorem fuisse, ut illam militum dimissionem quovis conatu impedirent, ex illa accusatione sequebatur, BARNEVELDIO imputari quod contra Unionis praecepta peccaverat, animos ad rebellionem incenderat ac discordiam severat inter foederatas provincias. Itaque senex accusatus est criminis laesae Majestatis.

Majestatis autem crimen illud est, quod adversus populum Romanum vel adversus ejus securitatem committitur: quo tenetur is, cujus opera dolo malo consilium initum erit, quo coetus conventusve

fiat; hominesve ad seditionem convocentur, quove quis contra rempublicam arma ferat; quive milites sollicitaverit, concitaveritve; quo seditio tumultusve adversus rempublicam fiat (36).

Nunc igitur inquirendum restat, ad quodnam tribunal talium criminum accusatus vocandus esset, et quibusnam judicibus hanc litem dijucare licebat.

Ordines Hollandiae putabant, se, quippe solos in sua provincia summa auctoritate praeditos, BARNEVELDIUM suum ministrum in judicium vocare posse; Ordines Generales eorum sententiam oppugnabant.

WAGENARIUS (37) de hoc judicio sequentia conscripsit: *het gantsche geschil over de regtvaardigheid of onregtvaardigheid der vonnissen, hangt af van dit ander, of den algemeenen Staaten de opperste magt toekomt over de Vereenigde Gewesten, dan of de Staten van elk Gewest, binnen elk Gewest, de oppermagt hebben over alles, wat niet aan het bondgenootschap is afgestaan? 'T laatste is nu het algemeen gevoelen, en het was ook het gevoelen van* OLDENBARNEVELDT.

Nostra etiam opinione Ordines singularum provin-

(36) Vid. Lex 1. *ff. ad Leg. Juliam Majestatis.*
(37) *Histor. Patriae*, Tom. X. p. 379.

vinciarum in singulis suis provinciis summam exercebant auctoritatem; verum articulis 13 et 23 Unionis Ultrajectinae Ordinibus Generalibus facultas erat, deliberandi statuendique de omnibus difficultatibus, quae de Unione oriri poterant. Quoties tumultus excitabatur, vel nomine unius provinciae auxilium offerebatur alteri provinciae, (qualia sententiae Unionis plane repugnabant), toties non peccatum erat contra solam provinciam illam, ad quam pertineret illius facti auctor, verum contra omnes provincias, quarum omnium intererat, ut quies publica (praecipuum Unionis propositum) servaretur. Quicumque ideo hujus peccati accusabatur, nisi nos omnia fallunt, citandus erat ad tribunal quoddam supremum, in cujus tutela essent omnium provinciarum communia jura. Quis enim ignorat, a primis inde temporibus Curiae Supremae Mechliniae (*de Hooge Raad te Mechelen*) mandatum fuisse, ut lites et controversias, quae communem civitatem spectabant, dijudicaret. BARNEVELDIO igitur Majestatis criminis accusato causa dicenda fuisset in illa curia, cum solum esset tribunal, quod secundum antiquos harum regionum mores, in tale crimen inquirere debebat. Sed quum nomine Regis Hispanici jus diceret, anno quidem 1618 ejus nulla erat vis in provincias septentrionales, quae a Rege defecerant, cum caeterae Belgii provinciae

ite-

kerum in Hispanorum potestatem venissent. Nullae autem in foederatis provinciis existebat Curia, quae Mechliniensis vices explere poterat.

Itaque erat hic casus extraordinarius: cui cum per Unionem non esset provisum, extraordinaria quoque ratio sequenda erat.

Dicebatur, contra Unionem peccatum admissum esse; fuerat autem Unionis tuendae provincia demandata Ordinibus Generalibus. Vid. art. IX (38).

Non solum Ordines Generales putabant illud, de quo nunc agebatur, novum et insuetum esse, in quo tractando nova et insueta ratio adhibenda esset, sed idem quoque censuerunt Ordines Hollandiae; qui ita hac de re deliberaverunt: (39) *ende daerom by de Generaliteyt versocht werden, dat de judicature ende kennisse soude moghen komen aan dese vergadering; soo sulcks aldaer hetzelve soude kunnen werden gevoechelyken verkregen; maar zoo niet dat men met de andere provincien niet en souden koomen in contentie; dan naerder letten hoe, by meerderheyt van gedeputeerdens ofte andersints, het recht best soude konnen werden betaeldt.*

Et hoc quidem decreto aperte illi Ordines de-

de-

(38) Vid. *Geschreven Resol. der Staten Generael.* 30 *Jan.* 1619. *Dewyle de Gevangens gedelinqueert hebben tegen de Generaliteyt ende de algemeene Unie.*

(39) Vid. *Resol. van Holl.* 22 *Jan.* 1619. fol. 5.

claraverunt non se, sed *omnes provincias* statuere debere de modo, quo jus in hac re esset dicendum; ultroque libere declarant, antequam hac de re ab Ordinibus Generalibus esset statutum.

Postero mox die, 23 Januarii, aperte declarant iidem Hollandiae Ordines: *dat blyvende de ongetwyfelde hoogheydt, recht ende jurisdictie aan de Edele Mog. Heeren Staten van den Lande; in desen nochtans daar de poincten van belastinghe alle Provincien ende den Bont ofte Unie zyn raeckende, de judicature aan de Generaliteyt ende de provincien behoort te volghen, in krachte van het drie en twintighste artikul van de Unie — is by de meeste stemmen verstaen, dat men de judicature van de saecken sou laten aan de Generaliteyt, mits men letten soude, dat het meerendeel van de rechters souden wesen uit Hollant ende Westvrieslant enz.* (40)

Die 30 Januarii in Ordinum Generalium conventu statutum est, judices non a se eligendos esse, sed ab unaquaque provincia delegandos (*by delegatie van neutrale rechters*) et ab Hollandia, ut petiverat, duodecim, a caeteris quidem provinciis duos aut tres eligendos esse; ita ut tribunal, quod de BARNEVELDII causa cognovit, compo-

si-

(40) *Resol. van Hall.* 23 *Jan.* 1619. fol. 9.

situm fuerit ex 24 judicibus, quorum 12 ab Hollandia, caeteri 12 a caeteris Unionis provinciis delegati fuerunt.

Luculentur igitur demonstratum esse videtur, illud tribunal extraordinarium compositum fuisse communi consensu omnium provinciarum Unionis; quarum omnium, ne excepta quidem provincia Hollandiae, fuerit opinio, hunc casum tam peculiarem esse atque inauditum, ut peculiari inauditaque ratione procuranda esset. Quam ob rem non existimaverim, provinciae Hollandiae jura Ordines Generales infregisse, quippe qui ipsi declaraverint, se in hanc causam esse inquisituros, quia crimen, cujus BARNEVELDIUS accusabatur, commissum erat contra Unionem, cujus ipsi conservandae tuendaeque provinciam habebant. Judicium igitur *by preventie* instituisse videntur: ideoque amplectimur sententiam Viri Clarissimi KLUIT (41) statuentis: *dat inde zaken die de Unie betroffen, den Staten Generael, zoo niet de volle Souvereiniteit, ten minste een zeker oppertoezicht, of wil men liever, eene te zamenloopende machtoefening, die gelyk stond met voorkooming,* (praeventie) *toegerekend wierd.*

Haec

(41) *Holl. Staatsr.* D. III. p. 138. et seqq. ubi perspicue rationes suas exposuit Vir Cl., cur Ordinibus Generalibus hujus causae cognoscendae auctoritatem tribueret.

Haec fere sunt quae de Dissertationis hujus argumento in medium proferre decreveram: nam cum ejusmodi sit hoc argumentum, cujus justa tractatio et magis elaboratam orationem desideret, et accuratiorem doctrinam, ego quidem hunc mihi terminum figere malui, ad quem si pervenissem, aliquam certe diligentiae laudem mereri possem, quam ulterius progrediendo committere, ut tota mea opera quo prolixior, eo minus accurata vel absoluta putaretur.

Vel sic tamen praeclare mecum agi existimabo, si lectores meminerint illius praecepti Horatiani, quo majorem PISONEM hortatur:

Hoc tibi dictum
Tolle memor: certis medium et tolerabile rebus
Recte concedi.

T A N T U M.

THESES.

I.

Condictio furtiva datur contra heredes in solidum.

II.

Non valet transactio de testamentaria lite, non inspectis testamenti tabulis.

III.

Dominus proprietatis fundo fructuario servitutem imponere potest, modo si servitus usufructui nocitura est, fructuarius consentiat.

IV.

Quamvis in casu qui continetur *Art.* 121. *Cod. Nap.* absens procuratorem expresse statuisset in longius temporis spatium quam decem annorum; nihilominus absentiae effectus locum habere defendimus.

V.

Conjux qui bonorum communionem quae inter se et conjugem absentem exstitit continuat, non videtur necesse habere cautionem praestare.

VI.

Licet agnoscamus J. CAESAREM, si ad finem perduxisset propositum, Corpus Juris Civilis eleganter, concinne, et docte potuisse compilare; habere nos tamen quod gaudeamus, id sub regno JUSTINIANI demum factum esse, defendimus.

VII.

Poenae qualificatae in mortis supplicio non crudelitatis sed justitiae sunt indicia.

VIII.

Non assentimur MONTESQUIEVIO *Lettres Pers.* p. 261. de Civitate Monarchica.

„ *C'est un état violent, qui dégénère toujours en* „ *despotisme ou en république. La puissance n'est* „ *jamais également partagée entre le peuple et le* „ *Prince: l'équilibre est trop difficile à garder.*

IX.

Absurda est sententia S. VAN LEEUWEN JCti, qui in *de Manier van Procedeeren* posuit: „ *dat de Graven* „ *van Holland niet anders geweest zyn als Stedehouders van de Ridderschap, Edelen ende Steden, by* „ *de welke altoos is geweest en gebleven de Oppermacht en de Souvereine Regeering over Holland.*

X.

Assentimur Cons. J. D. MEYER *Institut Jud.* Tom. IV. p. 428. dicenti. „ *L'histoire de la patrie par* WAGENAAR *mérite sous plus d'un rapport de grands éloges; cependant en lisant avec discernement et en comparant les autres historiens, on* „ *ne peut manquer de découvrir partout l'apologiste*

de

„ *de l'aristocratie communale. — Le judicieux* KLUIT
„ *a relevé plusieurs erreurs sur les anciennes relations des Communes ou des Etats, qu'on ne peut pas attribuer à des bévues involontaires.*"

XI.

Recte MURETUS in Orat. II. „ *Neque vero haec a me ita disputantur ut contendam, nisi litteris eruditum civem patriae utilem esse neminem posse; sed hoc dico: nisi litteris exculti sint ii, qui velut in Reipublicae puppi sedentes, clavum tenent, multis eos muneris sui, iisque praecipuis partibus necessario defuturos.*"

XII.

Historico omnino licet de rebus quas narrat, quid sentiat diserte declarare.

XIII.

Commendandum est illud veterum effatum: legem esse animam civitatis; dummodo haec verba non ad populi consuetudinem, sed ad veritatem interpretemur: est enim lex aeternum quiddam, quod mundum regit, imperandi prohibendique sapientia. Conf. CICERO de Legg. I. C. 22.